ligamentū soluit redimendo .p:ad Cor:in. vi: Empti estis pcio magno Justicia dicit Conuertent pctores in infernū. mia dic A porta inferi erue dñe aias eoz. ¶ Quia ōz esse dubiū. Utz in omni ope dei mia z iu sticia cōiungant Od nō .qz in iustificatiōe impij tm appareat mia .qz omnis iustitia p supponit meritū sed iustificatōem nullum pcedit meritū in impio. ¶ Preterea in ope creatōnis neutz inuenit .nō iusticia. qz illa psupponit meritū. non mia qz ipa psuppo nit miseriā. sed creatio nihil presupponit. ¶ Preterea paruuli baptisati afligunt in firmitatibz et morte et nulla ibi appareat iu sticia quia liberati ab omni pctō nō sunt de bitores alicuius pene ergo iniuste talia pa tiunt ¶ Preterea nō videt eē iusticia q vn⁹ p pctō alterius puniat sicut hoc facit deus frequenter. sicut p pctō cayn maledictus ē chanaan filius eius Gen .ix. Et pctō dauid qui ppl'm numerauerat pcussus est ppl's .ij Reg:vl. ¶ Preterea Exo.xij. Aaron z po pulus peccauerūt in adoratōe vituli .sz po pulus fuit punit⁹ nō aūt aaron sicut ibi le gimus q deus fuit acceptor psonaz ¶ Pre terea ad Ro.xv. Dico iesum xpm fuisse mi nistrū circūcisionis ad cōfirmādas promissi ones patrz .gētes aūt sup mia honorare dū ergo in cōuersione gentiū fuit sola mia. In cōuersione indeoz fuit sola iusticia. ¶ Pre terea in pdestinatōe nulla est iusticia in re pbatione nulla est mia .q Aūs ptz ad Ro. ix.cum non dū nati essent prius q aliqd bo ni aut mali egissent nō ex bonis opib⁹ sed ex deo vocante dictū est Jacob dilexi esau aūt odio habui. ¶ Pre. iniustū videt dare meliori pl⁹ de malis z min⁹ de bonis .reco uerso peiori plus de bonis z minus de ma lis .sed hoc facit deus distribuendo tempo ralia .q in tali distributōe nec est mia nec iu sticia. ¶ Ad oppositū est ps. Uniuerse vie dñi mia et veritas ¶ Ad questionē dicendō q mia z iusticia dupl'r accipiunt. Prio mō large z cōiter Alio mō stricte z pprie Lar ge loquēdo mia dei dicit volūtas benefaciē di creature. Justicia vero dei ōz cōdecētia sue bonitatis circa creaturā. Et isto mō lo quendi certū est q in omni ope dei miseri cordia et iudiciū cōiungunt qz in omi ope re suo facit fm cōdecentiā sue bonitatis .et voluntatem benefaciendi sue creature etiā puniēdi reprobos cum eoz punitō bona sit electis z sic iusticia z mia nullo modo inter se hnt oppositōem imo sicut docet Anshelmus pslogion. ij. mia nascit de iusticia. qz iustum est deum sic esse bonū vt pcendo sit bonus sicut narrat Anshelm⁹ q simul stāt vniuerse vie dñi z mia z tm iustus dom⁹ in omnib⁹ vijs suis Scdo accipiunt mia et iusticia stricte z pprie sic mia dei dic volun tatem dei ad subueniendū miseris pter merita Justicia vero dei dicit voluntatem retribuendi fm merita. z cū mereri z demereri non sit nisi rōnalis creature. manifestū est q non in omni ope dei ista duo cōiungū tur sed tm in ope retributōis que fit creatu re rōnali z de lege cōmuni ¶ Ad pmum in oppositū dicendū q in iustificatōe impij p cedit motus liberi arbitrij attritōis pter quā aliqua ratio iusticie vir q infundat si bi gram Dil'iter est ibi ratio iusticie ex pte dei qui quodā modo debitor efficit penitē ti pter pmissionē suam Un glo. sup illō ps. iustificeris in sermonib⁹ tuis et vincas Deus em hoc pmisit vt pctōrib⁹ penitenti bus veniam largiret et sic in iustificatōe im pij ex vtraq pte ratio iusticie inuenitur.

B ¶ Ad scdm patz in pdicta po sitione q in ope creatiōis hec duo inueniun tur large nō stricte ¶ Ad terciū dicendū q pctm originale sequit duplex pena .vna in quantū est infectiuū psone vicz carētia diui ne visionis Alia inqtum est infectiuū na ture z fm hoc ipm sequunt pene que ex defe ctu causant pter ablatōem doni originā lis iusticie sicut alias dictū fuit modo bap tismus delet penam debitā originalē inqn tum est vicium psone non aūt inquantū ē vi cium nature z ideo baptismus aufert carētiā visionis dei si paruulus moriat. non aūt au fert penalitates que naturā psequunt ex de fectu suoz pncipioz materialiū post ablu tionē peccati originalis. vñ baptismus sol uit a reatu mortis eterne. manet tamē sub reatu mortis corporee z aliaz penaz natu rā corpis corpal'r cōsequentiū ¶ Ad quar tū rndet aug⁹. sup Josu. vij: Filij israel p uaricati sunt . q in penis eternis nūqz vn⁹ p alio punietur sed i penis tpalib⁹ qnqz vn⁹

p alio punit triplici ratõe. ¶ Primo q2 pena eterna non infligit alicui p bono patientis sed ad vindictã culpe sz tpalis pena frequẽter infligit p bono patientis z etiã aliorũ vt videãt qztum pctm̃ sit fugiendũ vbi p pctõ vnius affligit multitudo et sic fiant homines cautiores cõtra pctm̃ z videant q vnusquisqz solicitus esse debeat p alio ne peccet exquo p pctõ vnius ceteri puniunt. ¶ Scõdo q2 quantũ ad corpus vnus hõ est rex alterius vl subditus sicut filius patris et seruus dñi. et ideo filius punit qñqz p pctõ patris tempal'r et seruus p pctõ domini Sed quantũ ad bonũ anime quilibz gerit psonam suã. et sic in tali casu pater z dom̃ puniunt p se. filius aũt z seruus p accidens inquantũ res eoz. et sic canaan p cayn punitus est et est sensus nõ leteris tu de filio tuo sicut nec ego de te. ¶ Tercia ratio ẽ ẽm Grego. q qñqz vnus est particeps culpe alterius sicut qñqz ppter culpas subditoz plati p mittunt cadere in peccatũ z ido p peccato prelati tpaliter merito puniũtur sicut dauid peccãte punitus est ppl's vt argutum est ¶ Ad quintũ dicendũ q aaron fuit punitus sicut z ppl's. nõ tñ pena manifesta in signũ q plati non debent manifeste puniri sed occulte ppter scandalũ vitandũ Pena aũt dicit fuisse in ipo z in filijs eius q2 in sacrificio vitule ruffe ẽmundi efficiebant sicut ptz Numeri. xix. ca. ¶ Ad sextũ dicendũ q apl's loquit illo mõ loquẽdi. q2 aliquis modus iusticie fuit in cõuersiõe iudeoz qui nõ fuit in cõuersiõe gentiũ scz impletõ p missionũ factaz patrib9 p pphetas fuit tñ vtrobiqz cõdecẽtia diuine bonitatz qua vocarent ad premium et sic est iusticia Jtẽ insufficiẽtia meritoz fuit in vtrisqz. et sic misericordia ¶ Ad septimũ in p̃destinatione z reprobatõe vt cõnotant effectus ĩ creatura bene sunt iusticia z mia p munitur loquendo. non tamen stricte vt in positiõe dictum est ¶ Ad octauũ est dicendũ q hoc cedit in pfectum bonoz qztum ad bonũ spũale qõ est simpl'r bonũ hominis:

Lectio. liiij.

QOndẽnat aũt iustus mortuus. viuos impios et iuuẽtus celerius p summata longã vitã iniusti ¶ Postqz spũs sctus ẽ cusauit diuinã iusticiã in hoc q p mittit qz virtuosos z sctos mori celeriter ante maturã etatez. quosdam naturaliter ppter nature defectũ. quosdam violẽter p martiriũ eis illatum Hic p pat breuitatez vite iusto rum ad longitudinẽ reproboz. Circa hoc duo facit Primo oñdit q reprobi iudicantes ỗ vita iustorum decipiunt per ignorantiã Scõdo q post mortẽ puniũtur p penarũ tolerantiã Scõda ps ibi Et erunt post hec. ¶ Circa primũ duo facit. Primo oñdit q reprobi ex p paratõe iustoz iudicant ẽ punibiles Scõdo q ex psecutione iustoz execanꝫ et fiunt derisibiles Scõda ps ibi Videbunt. Circa primũ sic dicit Condemnat autẽ iustus mortuꝰ. quasi diceret euidẽter apparet malicia peccatoz di u viuentiũ ex comparatiõe ad iustos in iuuentute p̃fumatos Licet em̃ ad adquisitõem virtutũ moraliũ requirat multũ de tpe. nõ tamẽ ad deo pfecte seruiendũ. q2 per ẽtutes theologicas deus supplet qõ minus subest de virtutibus adquisitis Et ideo iuuentus celeri9 cõsummata id est iuuenis bonus in breui tpe consummatus id est pfectus cõdemnat hoc ẽ cõdemnabilẽ oñdit longam vitã iniusti. ex quo iuuenis mortuus fuit pfecte iustus et deo acceptus. patet q viri impij diu viuentes merito debent cõdemnari Hec est littera vicz q mali senes p demnanꝫ id est p demnabiles ostendunt. si p parent ad bonos iuuenes cito defunctos ¶ Notandũ est hic q in omni republica z p munitate quacunqz summa cura debet esse de iuuentute in bonis opibus instruenda sicut satis docemur Eccĩ. xxx. sub metaphora de equo indomito Equus em̃ indomit9 euadet durus ad filius remissus euadet preceps Et infra Nõ des illi potestatẽ in iuuentute et ne despicias cogitatus illius. curua ceruicẽ illi9 in iuuentute. z tonde latera eius dum infans est Vult dicere q sicut equus in iuuentute vadit z ita libẽter in ꝓcipiciũ sicut via rectã. ita iuuenis dimissus volũtari sue nũ quã portabit suauiter alios in quacũqz loco cietate Sed ita libenter ruet in vicia sicut equus indomitus in ꝓcipiciũ equus anim̃ num nisi ad talia fuerit assuefact9 in iuuen

re. ita nec adolescēs admittet aliquā obe/
dientiā nisi fuerit assuefactus in iuuentute
ideo dicit aresto. ij. Ethi. c. ij. Doctrina pla/
tonis fuit ista q̄ oportet duci aliqualiter cō
festim ex iuuenib⁹ qualiter z in quib⁹ gau
dere oportet z cōtristari. z ideo non solum
hoc imo oportet q̄ nutriāt legib⁹ coactiuis
q̄ iuuenib⁹ opa virtuosa non sunt fm se de
lectabilia: sicut dicit idē ph̄s. x. Ethi. ca. ix.
Et ideo sicut ibi ꝯcludit. necessariū est fie/
ri quasdam regulas p̄ iuuenibus quib⁹ cō
pellant ad mores. z cū sint pleni passionib⁹
voluptatū. non p̄nt addiscere delectari in
virtuosis nisi fm bonas leges informētur.
Quales aūt sint cōditōes iuuentutis suffi/
cienter narrat Aresto. ij. rethorice ita dicēs
Primo em̄ ꝯcupiscitiui sunt iuuenes z ci/
to cōcupita p̄sequentes scz venerea vehem̄
cupitis desistūt. sunt aūt acute voluptatis
nō magne sicut laborantium sitis et famis.
Sūt em̄ animosi z acute ire et faciliter irā
suam p̄sequunt Amāt em̄ honores z nō su
stinēt despici Faciliter aūt ab ira desistunt.
Amāt etiā honores z victorias. q̄m iuuen
tus excellentiā cōcupiscit: Minus aūt his
amāt pecunias. q̄m inexperti sunt quātum
ad indigentiā hoīm et maligni nō sunt nec
cautelosi. et faciliter credētes: q̄m adhuc in
multis decepti nō sunt z bone spei sunt: et
plurima sperāt q̄m in paucis repulsam pas
si sunt. qua ꝓpter multa sperāt. z q̄m futu/
ror⁹ est spes. p̄teritor⁹ vero memoria. iuueni
bus aūt pauca p̄terita sunt: plurima autē
futura. q̄m iaz quasi viuere incipiūt ꝓpter
hoc faciliter decipi p̄nt. q̄m faciliter sperāt
et erubescituri sunt. q̄m in virtutib⁹ pfecti
nō sunt Sed solum ipa ꝯgnoscūt que ipis
a legib⁹ ꝓponunt in quibus sepe deficiunt
et magnanimi sunt q̄m a nullo adhuc in vi
tā humiliati fuerūt. et dignificāt semetip/
sos. q̄m bone spei sunt. z magis eligunt ho
norabilia q̄ vtilia. virib⁹ aūt magis viuūt
q̄ ratiocinatōni. virtus aūt est vis honora/
bilis et ratōcinatio vtilis. z amatores ami/
cor⁹ sunt z magis coetaneor⁹ q̄ eor⁹ qui sūt
alterius etatis. Nō em̄ iudicāt aliquid ad
vtile. et ideo ꝺ amicis quibusdam nihil cu/
rant sed in cōuiuando delectant. z ꝓpter hꝫ
amicos amant coetaneos. et omia in magꝫ
id est excessiue op̄ank̄ puta valde amant. si
militer z odiūt. Causā aūt est q̄r omia scire
putant z asserunt. z ideo excessiue in omni
bus op̄ank̄ iniuste faciūt ꝓtumelias alīs
irrogādo z inde excellētes volūt apparere.
Et misericordes sunt. q̄m omnes sicut ipsi
sunt arbitrank̄ innocentes z iniuste pati In
super risus z ludorum amatores sunt Hec
aresto. Et quib⁹ dictis satis p̄tet q̄ iuue/
nes castigatōe indigent vehemēti. ꝓpter di
uersa desideria que cōtra ratōez natura ca/
lida causat dum durat temp⁹ iuuentutis.
vñ. ij: ad Thimo. ij Juuenilia desideria fu
ge. Propter q̄ꝺ qui curā aiar̄ habetis istō
subditis vr̄is inculcare debetis q̄ taz p̄res
carnales q̄z spūales instruant filios suos in
cultu x̄pi z in p̄ceptis diuinis ☞ a

¶ Notandū est aūt q̄ ad etatem iuuenilem
hoc est ad iuuenes. vos qui virtles ānos at/
tigistis quadrupl'r vos habere ꝺbetis Est
iuuētus moribus informāda Arti⁹ castigā
da Parcius sustentāda. micius iudicāda.
Primo igit̄ iuuentus moribus est informan
da Istō fecerūt antiqui gentiles tripliciter
Scripturis librorum. picturis gestorum: z figu
ris signor⁹ Nobiles em̄ antiqui exploraue/
runt qui meliores fuerunt p̄ceptores z illis suos
pueros tam lr̄is q̄z moribus imbuēdos dede
rūt Un̄ Troyanus Plutarcū Nero Se/
necā Alexāder Aresto. habuerūt mgr̄os z
ne a talibus mgr̄is aliq̄d dissolutōis vel lu/
brice leuitatis addiscerēt summe cauebant
Un̄ Boeci⁹ in ꝓlogo musice. sic salomō de
se dicit Sap̄. viij. Hāc amaui z exquisiui a
iuuētute mea Jtē docuerūt iuuenes pictu/
ris gestor⁹ Un̄ sicut narrat quidam exposi
tor sup̄ iuuenalem lib̄. p̄ Satira Nobiles
romani sic dispositionem actiones suas p̄ sin
gulos dies. q̄ summo mane omnes sil' pete
bāt vel adibāt archus triūphales in quib⁹
antecessores sui depingebank̄ cum armis z
cautelis quib⁹ dimicauerāt contra hostes
suos vt sic iuuenes illis visis attenderētur
ad virtutes p̄ ymaginatōem gestor⁹. deinde
templū Appollinis petebant qui erat de⁹
Postea iudices ad for̄ z senatores ad capi
toleū descēdebāt Judices vt causas tracta
rent Senatores vt de cōmuni vtilitate rei
publice deliberarēt et sic temp⁹ suum vsqz
ad horā nonam expenderūt. z ne iuuenes a

bonis occupatõibꝫ impedirent ꝑ totũ tps ante nonam horã ordinatũ erat q̃ meretrices ꝑ nullo censu pstibula sua egrederẽtur ante nonã. ne iuuenes a suis informatiõibꝫ et viri a cõsilio reipublice p delectatões libidinosas aliquaten⁹ turbarent Et hec est rõ ſm Hugonẽ q̃re meretrices nonarie apud romanos vocabant. q2 ad horã nonã licuit eis egredi de domibꝫ suis et non añ. ¶ Itẽ docebant iuuenes ad bonos mores figuris sign oꝝ Un̄ narrat Macrobi⁹ ꝑmo saturnaliũ q̃ apud romanos pueri nobiliũ quadam vtebant veste que dicit ꝑtexta et inde pueri nobiles vocabant ꝓtextati habebãt em̄ coram pectore suo bullam quandã aurea hñtem figuram cordis humani Bulla aũt fuit semirotũ de figure quasi medietas spe ad similitudinẽ bullarũ que fiunt in aq̃ Ꝓtexta erat de purpura que est rubei coloris vt pudore sue nobilitatis a vicijs se subtraherẽt. t cordis ymaginẽ ante pectus portabãt vt seinuicẽ inspicientes ita se fore homines cogitarent si cor de prestarent. hec Macrobi⁹ ¶ Sic ergo est iuuentus moribus informanda Eccs. xij. Memẽto creatoris tui in diebus iuuẽtutis tue. ¶ Scdo iuuentus est artius castigãda q2 puer. xiij Qui parcit virge odit filium suũ t Eccs: xxx. Curua ceruicẽ eius dũ iuuenis ẽ Aues pullos suos t ferefetus suos ſm ꝓ ditões nature sue castigant t domãt Istud. q2 hely sacerdos neglexit ꝑ filioꝝ inigitate damnatus est imo ꝓpter negligentiã filios castigandi Un̄ Beda q2 fera pietate superat⁹ ẽ hely. Ferire delinquẽtes filios noluit. apõ districtũ iudicem seipm cum filio crudeli damnatiõe pcussit Un̄ vex ẽ q̃ verbis eos aliqualiter corripuit sicut patz ꝑ. Regũ. ij. Non est bona inquit hec fama quã audio õ vobis sed hoc est nimis modicũ ad correctionẽ maloꝝ iuuenũ sicut patz. x. Ethic: Et narrat Boeci⁹. ꝑ. de disciplina scolariũ de sanguineo lucrecij filio ¶ Tercio iuuentus est parcius sustentãda vt in iuuenili etate assuescat sobrietati. ad Titũ. ij. Juuenes sil'iter hortare vt sobrij sint Un̄ narrat augustin⁹ de bona matrona. ix. cõfessionũ. ca. viij. q̃ curam habuit quarundã filiarꝝ nobiliũ eratq3 in eis cohercẽdis cum opus esset sancta seueritate vehemẽs atq3 in docendo sobria prudentia nam eas ꝓter illas horas quibus ad mẽsam parentũ moderatili time alebant etiam si exardescerẽt siti nec aquã bibere sinebat. ꝓcauens consuetudinẽ mala et addens verbũ sanũ Modo aquã bibe quia i potestate vinũ nõ habetis cũ ad maritos veneritis facte dñe aporecaꝝ aq̃ sordebit. sed mos potãdi ꝑmanebit ¶ Quarto iuuentus est magis iudicãda nõ est enim desperandũ si frequẽter peccẽt Un̄ signanter petiuit ps Delicta iuuentutis mee: ꝑpocras poit talẽ amphorismũ. Epilẽtice ẽbus ante iuuentutẽ nascunt immutatões habẽt quibuscũq3 vero dũ. xxv. annoꝝ fuerit plurimũ cõmoriunt vel cõmouent: sic igit ẽ formãda iuuentus moribꝫ. t sic fuit facilis mus ꝓdicator splendor eccie cui⁹ cras conuersionẽ celebrabim⁹ tam in moralibus ꝙ scialibꝫ instructus ad pedes gamaliel doctoris t ideo cõfidẽter dixit corã rege agrippa ꝑtatus Actu. xxvi. Et quidẽ vitã meã a iuuẽtute que ab initio fuit in gẽte mea in hierosolimis nouerũt omẽs iudei scientes me ab initio si velint testimoniũ perhibere qm̄ ſm certissimã sectã nostre religiõis vixi fariseꝰ Et breuiter iste cõsummat⁹ eloquii. expleuit tpa multa discurrendo. docendo. disputando. scribendo. vt cõfideter scriberet illud. ꝑ. ad Thimo. iij. Bonũ certamen certaui fidẽ seruaui de reliquo reposita est mihi corona iustitie. quã iam habere cupio In hystoria barlaam quã iohannes damascenus dicit cõpilasse refert q̃dem barlaam monachus solitarius primo fuit ꝓpostea magister cuiusdam filij regis qui iosaphat dicebat a quo idem puer quesiuit cui⁹ etatis esset sub his verbis Dic mihi inquit pater quot annoꝝ es. t vbi cõuersaris q2 a te nunq̃ volo separari Et ille rñdit: annoꝝ sum. xlv. in desertis terre sẽnaar degens ad quem iosaphat. amplius mihi appares patrem q̃ lx. annoꝝ Et ille. si a natiuitate mea omẽs ãnos meos queris discere. bene elias sti. sed nullo mõ a me in mensurã vite ꝓpãi sunt tanq̃ quotid in vanitate mundi expãi sunt tũc em̄ in interiori homine moꝛtuus eram et annos mortis nunq̃ vite noiabo Simil fuit rñsio illius qui diu vixerat in seculo ei tantũ. xvij. in religione qui erat ẽ sua interroganti rñdit vixi. t iterũ querẽti quãtum

rñdit. dñ dixi vixi. q̃tñ viri tibi dixi. Et iõ narrat Valeri⁹ marcialis li. p. de quodaz anthonio sene q̃ putare potuit. xv. olym/piades. iste ita ꝑfrute viueratq̃ cogitare po/tuit de rota vita sua et etate sine dilicẽtia ꝓcedentis vicij. et iõ cõmendãs suã felicem etatẽ. dicit q̃ hoc est bñ viuere vicz sic viue/re q̃ ipe possit frui vita priori. Ampliat etatis spaciũ sibi vir beat⁹. Hoc ẽt viuere bis vita posse ꝓriore frui

Lectio. lv.

Videbũt enim finẽ sapientis et nõ intelligẽt q̃d cogitauerit de illo dñs et q̃re mu/nierit illũ dñs Videbũt eñ et ꝓtẽnẽt. illos aũt dñs irridẽbit Postq̃z spũsscũs declara/uit q̃ impij ex ꝓpatiõe iustoz euidẽter iudi/cant punibiles Hic oñdit q̃ ex ꝓsecutõe iu/storz excecant et fiunt derisibiles Excecauit eñ eos malicia eoz Sap. ij Et circa hꝝ duo facit Primo tangit eoz culpã Secõdo ꝓdit eorũ penam. ibi illos aũt Culpa est duplex vicz ignorãtia. et malicia. Ignorantia i nõ intelligendo. Malicia in cõtẽnendo. dicit ergo sic Videbũt scz mali et reprobi ꝓsecu/tores iustoz finẽ sapientis. i. martiris sm glosam interlineare. et nõ intelligẽt ꝓpter malicia excecantẽ ij. Corinth. iiij. Deꝰ hu/ius seculi excecauit mentes infideliũ. vt in eis nõ fulgeat illuminatio euãgelij. Deus huꝰ seculi. i. deus verꝰ qui nõ soluz bonos regit sed etiã malos ꝑ merito ꝑcipitat vel ꝑcipaꝝ sm Ambro. vel deus huꝰ seculi q̃ est ꝑceps huꝰ mũdi q̃ secularibꝫ ꝑncipat sm Aug. et ideo ex culpa eoz puenit q̃ non intelligũt Isa. vi. Audite audientes et no/lite intelligere visionẽ. videte et nolite cog/noscere Non igit intelligẽt quid cogitaue/rit de illo scz sapiẽte deꝰ. i. qualiter deꝰ pre/parauit sibi coronã ꝑ cinere. oleum ꝑ luctu pallũ laudis ꝑ spũ meroris Quid aũt dꝫ sup iustos qui aduersa sustinẽt cogitet. ipe dicit Hiere. xxix. Ego em scio cogitatões quas cogito sup vos dicit dñs. cogitatões pacis et nõ afflictõis. vt dem vobis finem et pacientiã Et quare munierit illũ dñs. sup/ple non intelligẽt reprobi. quare vicz dñs munierit martirẽ armis fidei sm glosã. Ex hoc apparet q̃ littera debet esse munierit et nõ minuerit. licet Rabanus sic exponit. Cõ/sequenter cum dicit. Videbunt em Assig/nata eoruz ignorãtia assignat eoꝝ malicĩã dicens Videbunt em mortẽ sanctoꝝ ĩ pre/senti et cõtemnent eos nescientes finẽ futu/re glie. sicut diues ꝓtempsit Lazaꝝ et tamẽ portabat ab angelis in sinum abrae Luce. xvi. et sic tangit eoꝝ culpa Cõsequenter ibi illos aũt. subdit eoꝝ pena. q̃ dñs illos irri/debit id est dignos irrisione monstrabit in die iudicij generalis ꝓuerb. p. Ego quoq̃z in interitu vro ridebo et subsãnabo cum vo bis qõ timebatis aduenerit. et ĩ ps. Qui ha/bitat in celis irridebit eos et dñs subsãna/bit eos Irrisio ꝓprie fit cũ cahinnatõe oris et buccaꝝ. sed subsãnatio fit cũ rugatõe na/si Et sic tantũ vult dicere q̃ deus oñdit re/probos omi irrisione dignos. Et hec ẽ sñia littere Videbũt em finẽ sapiẽtis ℣ Sapiens em sicut dicit Jsi. x. ethi. denoia/tus est a sapore. quia sicut gustus aptus est ad discernendum sapores ciborum. sic sapi/ens ad dinoscendum res et rerum causas: eo q̃ vnũq̃q̃z dinoscat atq̃z sensum verita/tis discernat Cui cõtrarius est insipiens eo q̃ sit sine sapore nec alicuius discretionis si/ne sensus Cũ em nullus sit sapiens a natu/ra. sicut dicit Aresto. vi. ethi. ca. viij. Cir/ca sapientiam quattuor sunt attendenda. videlicet quis sit modus supietiam adqui/rendi. qõ signum sapientiam cognoscendi. qõ opus sapientiam exercendi. quis fruct⁹ sapientiam possidendi. Primo igitur õ mo/do adquirendi sapientiam Sciendũ q̃ ipa non adquiritur sine amore. sine labore sine humilitate. sine stabilitate De primo aug⁹ de moribus ecclesie et monachoꝝ libro. p. ca. xxix. Sapientia si non totis viribus cõ/cupiscatur inueniri non potest. amore que/ritur amore reuelatur amore in ea perma/netur Sap. viij. Hãc amaui et exq̃siui a iu/uentute mea. Vñ metrice dꝫ Disce libens et eris sapiens et honore frueris. Qõ fieri q̃s disce libens et eris Primo igit queri/tur amore Secũdo labore Vñ narrat hu/go didasco. li. ij. pte. ij. q̃ apud veteres lec/ticã phie quattuor ꝓsone supportabãt due in specie iuuenũ precedentes. et due ĩ specie puellarum sequẽtes Juuenes dicebantur

# Lectio

amor ⁊ labor ¶ Puelle cura ⁊ vigilia · In labore est vt agas. in amore vt proficias. in cura vt puideas. in vigilia vt attendas. vnō narrat Hiero. in suo policrato li. iij: q gentiles veteres sapiam q̄si oīm deor̄ p̄ncipez coluerūt: et eius ymaginē p̄foribꝰ oīm templor̄ depinxerunt. ⁊ iuxta ymaginē eiꝰ ista verba scripserunt Visus me genuit. memoria me peperit: sophiā me vocāt greci. vos sapiaz. ego odi stultos hoiesz ignauia opa et friuolas snīas Et hoc est qō dr puer. ij. Si sapiam inuocaueris ⁊ inclinaueris cor tuū prudētie. si q̄sieris eā tanq̄z pecuniā ⁊ si cut thesauros effoderis illā. tūc intelliges timorē dñi ⁊ sciaz dei inuenies. qz dñs dat sapiam ⁊ ex ore eius prudentia Sapientia in scriptura figurat̄ p auz qō inter metalla p̄fundius generat̄ in terra et cuz maiori labore effodit̄ ¶ Tercio ad adquirendā sapientiā requirit̄ humilitas. Vñ Augꝰ: li. iij. de natura ⁊ origine anīe ad vincentiū in p̄ncipio Quantū apparet ex donis ingenij que tibi largitus est deꝰ. p̄fecto sapiēs eris site nō esse crediderīs. atqz vt sis ab illo q̄ facit sapientes pie supplicīter instāterqz poposceris ⁊ malueris errore ñ decipi. q̄z errantiū laudibus honorari. Video cū quidā antiquus de modo dicendi interrogaretur rñdit sicut recitat Hugo in suo didasco. vbi prius Mens humilis studiū querēdi vita quieta Scrutinīū tacitū pauptas: terza alīena. hec referare solent multis obscura legēdo De studio vero ⁊ humili voluntate discendi quā habuit plato scribit Hieroni: ad paulinū p̄esbz̄m sub his verbis. Si plato egiptū ⁊ architā tarentinū eandēqz ozā italie q̄ quōdā magna grecia dicebat laboriosissime pagrauit. vt qui athenis mgr̄ erat ⁊ potens. cuiusqz doctrinas academie gymnasia p̄sonabant. fieret pegrinus atqz discipul⁹. mallēs aliena verecūde discere q̄z sua impudēter ingerere puer. xi. Ubi est humilitas ibi est sapia ¶ Quarto requirit̄ stabilitas ⁊ p̄seuerātia in addiscēdo vñ antiquos p̄hos vsqz ad mortē legimꝰ studuisse Vñ Valeriꝰ. li. viij. Carneades laboriosus ac diuturnus sapie miles fuit. siquidem expletis: xc. annis idem illi viuēdi philosophandiqz finis fuit Socrates · xciij. annū agēs nobilissimū librū scripsit Chrisippus. lxxx: āno exactissime subtilitatis volumē scripsit. Symonides. lxxx. āno carmīa cōscripsit. de stabilitate studij archimedis quem nos modo archimedē dicim⁹. sicut credo· idem narrat Valerius Archimedis quoqz fructuosam fuisse industriā dicerē. nisi ea debilissi dedisset vitaz ⁊ abstulisset Captis em̄ Syracusis marcellus. machinatōibꝰ eius diu ac multū. victoriā suam inhabitaz sensērat. eximia tñ homis prudētia delectatꝰ vrcaspiti illiꝰ p̄cere ḳ edixit. penetrāglie in archimede reseruato q̄ztum in oppressis siracusis reponens ac dū is oculis aīoqz in terrā defixis formas describeret. militi q̄ predā dīripiebat gratia domū irruperat. extracteqz super caput eius gladio quis nā esset interrogabat. ppter nimiā cupiditatē inuestigādi vbat. ppter nimiā cupiditatē inuestigādi vbi qō querebat. nomē suū indicare nō potuit. sed p̄tracto manibꝰ pulvere. noli inq̄t obsecro istū circulū deturpare· ac p̄ inde q̄sinegligens impij lictoris. obtruncatus sanguine suo lineamenta artis sue cōfudit. quo accidit vt ppter studiū modo donaret vita. mō spoliaret Eccī. vi. Fili a iuuentute tua accipe doctrinā ⁊ vsqz ad canos inuenies sapientiā Sic ḡ patz q̄s sit modꝰ sapientiam adq̄rendi Scdo videndū ē de signo sapiētiā cognoscēdi ☞ B ¶ Ubi notandū q̄ apud stoycos signū sapie fuit pacia. Vñ Seneca ad serenum in lib. qui sic intitulatur. q̄ in sapientem non cadit iniuria. sic dicit Epicurus ait iniurias intolerabiles esse sapiēti. nos aūt iniurias nō eē nec hoc natura repugnare. nō negam⁹ rē incomodā esse verberari et impelli ⁊ aliq̄ mēbro carere. sz oīa negam⁹ iniurias eē Nō sensū illis doloribꝰ subtrahim⁹. sz nomē iniurie q̄ nō pōrecipi salua veritate Vñ sm eundē ibidem ista cōsequētia nō valet: aliq̄s hō facit mihi iniuriā ergo ego accipio iniuriā Ponit em̄ exemplares instantias Esto q̄ aliq̄s rēquā e villa mea surripuit. ī domo mea ponat. ille furtū fecit ego nihil p̄didi Si q̄s cū vxore sua tanq̄z aliena cōcubat. adulter erit. q̄ uis illa adultera non sit. Aliq̄s mihi dedit venenū sz vim suā mixtū cibo p̄didit. scelerī se obligauit. ⁊ si ñ nocuit. Nō min⁹ latro est cuiꝰ telū oppositā veste eclusū ēoia scelera ante effectū opis q̄ñ culpe satz est p̄tra fūt. Eodē mō licet aliq̄s inferat iniuriam.

sapiens eā non recipit. Multa em̄ sūt q̄ iniuriā submonere pñt. ¶ Scdo q̄ in sapiente nō cadit contumelia sic psuadet. Multa em̄ que videnť cōtumelie nō sunt. sed fiunt vicia interptantis. si aliq̄s dicat sibi contumeliā fieri ab aliquo qui sibi non assurgit. Ponit ḡ tale exemplū. pueri aliq̄n feriunt parentes. expuūt in matrē ꝛ lacerāt. ꝛ tamē nullus dicit eos cōtumeliā intulisse. ꝛ subdit. Quē animū nos aduersus pueros habebimus hunc sapiēs aduersus oēs. quib⁹ etiā post iuuentā canos q̄z puerilitas est. Et addit. q̄ inter eos ꝛ pueros nō ē dīa nisi q̄ in maioribꝫ erāt voluptatē securi nulla ratione regulati. Si querak ab eo. quare si sapiens nō accepit iniuriā nec cōtumeliā punit qui talia sibi vel alīs inferunt. Rñdet nō se vlciscitur sed illos emēdat nec tamē irascit. Quis medicus frenetico irascitur. Quis febricitantis a frigida aqua phibiti maledicta in malā ptem accipit. Hūc affectū aduersus omēs habz sapiēs. quē aduersus suos egros medicus. scit sapiēs omnes hos qui togati purpuratiq̄z incedūt. Valē aliter vident q̄ egros ꝛ intēperatos. nō respicit quid homies turpe iudicent aut miserū do iter intendūt. ita hic aduersus opiones omniū vadit. hec ille. Signū ergo sapiētie fm stoycos est non pati iniurias. vñ Boeti⁹. ij. de conso. prosa. vij. narzat de quodaz qui falsa assumpsit sibi nomen philosophi. ad istum casu accessit quidā et dixit se velle experiri an vere esset filosoph⁹ si illatas iniurias leuiter patienterq̄z sustineret. Ille ergo paulisper patientiā assumpsit. accepitaq̄z cōtumelia velut insultans. iam tandē inquit intelligis me esse philosophū. Cui ille nimiū mordaciter. intellexeram inquit si tacuisses quasi diceret. Si tacuisses. putasses te philosophū. Nunc autē quia de tua patientia queris vanā gloziam. scio q̄z philosophus non es. Et inde accipit hoc vulgare puerbiū. Si tacuisses. philosus fuisses. Ecci. xx. Nō sapiēs tacebit vsq̄z ad tps. lasciuus aūt ꝛ imprudēs nō seruabit tps. ¶ Tercō videndū ē q̄d sit opus sapiam exercendi. vbi notandū q̄ pcipue tres sunt actus sapiētie. informare. reprobare. ꝛ ordinare. Informare mōres. reprobare errōnēs. ꝛ ordinare inferiores. Et iō dicit Aresto. p. Elencoꝝ. Est aūt vt ad vnū sit dicere opus sciētis nō mētiri. de quibus nouit. ꝛ mentientē posse manifestare. Primū ptinet ad informationem scōm ad reprobatōnem. Dicit etiā phs. p. metha. q̄ inter ea q̄ homies de sapiēte cōcipiunt. cōiter est vnū q̄d ad eū ptinet ordinare. Et iō in aureo seculo soli sapiētes gubernabāt. sicut dicit Seneca in epla. xcij. ꝛ Piero. in suo policrato li. iiij. Romanos pncipes aut duces dū eoꝝ respublica viguit. nō meminit illitteratos extitisse. Et nescio qūo cōtigit exquo in pncipibꝫ languit virtus lrarum. armate milicie infirmata ē manus ꝛ ipius pncipatus quasi pcisa est radix. ¶ Un quidā rex romanoꝝ scribēs eplam cuidam regi francoꝝ quatenꝰ filios suos i litteris erudiret. istud interseruit. Rex inquit illitteratus quasi asinus coronat⁹. hinc est q̄ karol⁹ trāstulit studiū de Roma in parisius. De quo dz q̄ oēs artes liberales habuit in suo palatio miro mō depictas. Et de dauid dz q̄ habuit sapiam sicut angelus dei. Nulla em̄ cōitas sine sapiētibꝫ regi potest. Sap̄. vi. Multitudo sapientū sanitas ē orbis terrarū. In cui⁹ signū narzat Isid. li. p. Ethi. ca. xxvi. q̄ demostenes oratoꝛ ꝺ Philippū regē tali fabula vsus est. Cū Philippus athenienses obsideret. postulauit vt sibi decem oratores darentur ꝛ tali pacto discederet. Rñdit demostenes lupos aliquādo pastoribꝫ quoꝝ diligentiā decipere volebant suasisse vt in amicicia cōuenirēt. ea cōditiōe vt canes in quib⁹ erat cā turgiorum iure illis traderēt. ānuerūt pastores in spē securitatis. dederūt canes quos omniū suaꝝ vigilantissimos custodes habebāt. Lupi ḡ omi formidine adepta. omē q̄d in gregib⁹ illis erat. nō p sacietate sed p libidine lacerarūt. Et isto mō suasit athenienſib⁹ Philippū regem. pncipes ppli postulare q̄ facilius posset opprimere spoliatā custodibus vrbem. Quarto videndū quis ēfruct⁹ sapientiā possidēdi. de hoc satis dz Eccs. vi. Quid habet amplⁱ sapiens a stulto. ꝛ quid pauper nisi pergat illuc vbi est vita. Et Sapientie. vi. Cōcupiscentia sapiētie deducet ad regnum perpetuum.

Lectio. lvi

# Lectio

Eterunt post hec decidentes sine honore et in cõtumelia inter mortuos in p/petuũ Qm̃ dirũpet illos inflatos sine voce et cõmouebit illos a fundamẽtis ꝛ vsq; ad supm̃ũ desolabunt ꝛ erũt gemẽtes ꝛ memoria eoꝝ pibit. ¶ Postq; spũsctus declara/uit q; psecutores iustoꝝ decipiunt in pñti p ignorantiã Hic declarat qliter pⁿ mortẽ puniunt p penaꝝ tolerantiã Tagit aũt septẽ penales ꝺditões dãnadoꝝ q̃ sunt iste Deficient cũ ꝺfusiõe Affligent cũ despectione Repellent sine rñsione Destituent autẽtica tione Punient sine ꝺsolatõe Cõterent sine cõdonatõe. ꝛ suppriment sine recordatione et ista iuste patient ꝓpter septẽ malicias q̃s tyrãni ꝛ mali homes psecutores sctoꝝ habuerũt i vita. Fuerũt em̃ ambitiosi ad honores. argumẽtosi cauillatores Cõtumeliosi pterritores. facinorosi supportatores. pnitiosi psecutores: voluptuosi leccatores Et obliuiosi ꝺtẽptores. et iõ mertio reddendo singula singulis iuste iudicabunt. Quia ei iustoꝝ psecutores fuerũt ambitiosi ad honores Jõ deficient in ꝺfusiõe. qz ꝺtumeliosi pterritores. iõ affligent cũ despectõe. qz fuerũt argumẽtosi cauillatores repellent sine rñsiõe. Quia facinorosi supportatores destituent autẽticatõe · qz pnitiosi psecutores punient sine ꝺsolatõe · qz fuerũt voluptuosi leccatores ꝺterẽt sine cõdonatõe Quia obliuiosi ꝺtẽptores suppriment sine recordatõe Iste ḡ septẽ penalitates innuũt in lectõe hodierna Prio igit qz fuerũt ãbitiosi ad honores. deficient cũ cõfusiõe Et q̃tum ad hoc dic̃ pmo sic. Et erũt pⁿ hec. i. vitam istã vl' pⁿ pctã ml'ta q̃ ꝓpetrauerũt ꝺcidẽtes sine honore. q. ꝺ. ñ solũ erũt cadẽtes sed p violentiã decidẽtes i pñ. Decidãt a cogitatiõibꝫ suis fm ml'. ipie. e. ex·e: q. ir. te domie Decidãt inq̃t a cogitatiõibꝫ suis ãbitiosis ꝛ supbis. q̃bꝫ honores ꝛ dignitates cupiebãt in pñti Decidãt cũ dyabolo capite ꝛ pncipe suo ad pfundũ inferni. videntibꝫ electꝫ oĩbus horribilẽ casũ Uñ Grego. xxiij. mo. ca. xx. Et videntibꝫ cũctꝫ pcipitabũr. eterno iudice terribl'r apparete. astantibꝫ angeloꝝ choris. assistente cuncto misterio celestiũ ptãtuũ. ac electis oĩbus ad spectaculũ deductis Dyabolꝰ crudelis ꝛ fortⁱ ĩmediũ captiuꝰ deducit. ꝛ cũ suo corpe. i. cũ reprobis oĩbus eternis gehẽne incẽdijs mancipat cũ ꝺr Discedite a me ꝛc. O qle erit ludꝰ spectaculũ. qm̃ hec ĩmanissima bestia electoꝝ oculis oñdet. q̃ hic belli tpe nimis eos terrere põt ac si videret Sed occlto ac miro dei cõsilio agit. vt ꝛ nũc p eiꝰ gr̃am a pugnantibꝫ nõ visa vincat. ꝛ tũc a lenis victoribꝫ iã captiua videat. hec Grego. Scdo qz fuerũt ꝺtumelioſi pterritores affligent cũ despectõe. ꝛ quantũ ad ꝫ dic̃ q erũt i cõtumelia. q̃si diceret. ñ solũ p malo ope imo etiã sermone: Nã q̃libet reprobꝰ afficiet alios ꝺtumelijs. maledictõibꝫ. imꝓperijs. Itẽ punient nõ i loco viuentiũ vbi cẽ portẽ spes auxilij ꝛ sz in loco mortis i inferno Terent punient nõ ad horã nec interpolati sed in ꝓpetuũ Uñ Grego· vi. moral. ca. vij. ponẽs illud Job. xx. Luet que fecit oia nec tñ cõsumet. nõ inq̃t morte ꝺsumit· qz si aliq̃ mereret vita morientis etiã pena finiret ꝫ vt sine fine cruciet. viuere in pena cõpellit. vt cuiꝰ vita mortua ꝫ fuit in culpa. illic mortuꝰ eiꝰ viuat in pena. Luet ḡ q̃ fecit oĩa nec tñ cõsumetur qz cruciatur ꝛ non extinguit. mortⁱ ꝛ viuit. deficit ꝛ subsistit. finitur sine fine et per ꝛ sine fine est Ex solo auditu sunt valde terribilia. quanto magis passione hec Grego. Consequẽter exĩstis patet q̃ illud est erroneum q; in quibusdam quaternis apocrifis inuenitur de reuelatõe facta cuidam ꝓsone q; anime damnatoꝝ ab hora nona sabbati vsq; ad horã nonã in dñica. vel aliter nescio quãdiu. refrigerium optinent· qđ nichil est. Si enim eorum pena non semper duraret. non esset perpetua Quid quid aĩm perpetuũ est. cõtinuum est et eternum: omnes tales narratõnes ꝓ fictionibus sunt habende ☞ a ¶ Tercio reprobi. qui fuerunt argumentosi ꝛ cauillatores repellentur sine responsione. Et quantũ ad hoc dicit Quoniam dirumpet illos inflatos id est qui parum ante fuerunt inflati verbis legibus ꝛ falsis allegationibus Dirumpet inquã. In illo qđ dirũpitur fit magna diuisio cõtinuatio ptiũ subito Et isto mõ fiet ꝓpositis discordantia factorum suorũ et malarum voluntatum ad inuicem. Et ideo dicitur q; deꝰ dirumpet illos sine voce cuiũ

cunqz excusatõis Et istud est notabile q̃ in iniustis legistis ⁊ falsis aduocatis ꝺ q̃bus frequenter visum est q̃ in morte tam in vo/ce q̃ in lingua puniant Un̄ ꝺr et exp̄tũ est q̃ isti mali aduocati ⁊ falsi placitatores in/sticiarij etiã iniusti iminẽte morte amittũt vocẽ linguã ⁊ sensum Lui⁹ rõe. qz nõ est iu/stũ q̃ aliquis idẽ vendat alteri ⁊ retineat si bi Isti aũt omes male ⁊ iniuste viuẽdo lin/guã vocẽ sensũ ⁊ facundiã alijs vendiderũt false allegãdo ⁊ iniuste iudicãdo ⁊ tra ⁊ sci/entiã maliciose obijciẽdo ⁊ cautelose sugge/rẽdo Et ideo iustũ ẽ q̃ qñ indigẽt voce. vo/ce priuent Isa. l. Uẽditi estis iniq̃tatib⁹ ve/stris De istis loquit Solin⁹ Sidoni⁹ in q̃ dã epl'a ita dicens Uidi inq̃t morbũ incu/rabilẽ ad quẽ curandũ nõ inueniebat medi/cus Sed nunq̃z inueni cãm adeo deperditã q̃n ad eã tuendam inuenirẽt aduocat⁹ Isti em̃ sunt valde reprobãdi ꝓpter q̃ttuor rõ/nes Primo deteriores vident eẽ q̃ vilissi/me meretrices. qz ille vendũt partes sui cor/poris magis abominabilẽ. Isti vero hone/stissimã sui corpis ptem sicut linguã et os Secũdo qz deberẽt esse sicut stelle firme mo/do motu firmamenti ꝺ id est motu veritatis. qz puer. xij. Labũ veritatis fir/mũ erit in ꝑpetuũ Sed certe ꝑ maiorẽ pre/omẽs inueniunt stelle erratice qz mouentur duplici motu. vicz ꝑ veritatẽ ꝓpter mune/ra. ⁊ q̃nqz cum veritate ducti ꝑ scia Et ideo de illis stellis ꝺr Job. xxv Stelle non sunt mũde in cõspectu ei⁹. Tercio dici põt q̃ lin/gua eor assimilat̃ lingue statere que statim ad minimũ põdus facit nutũ. et se inclinat ad ptem grauiorẽ. ita isti quocunq̃z sit de veritate ad illã ptem magis inclinant que fit in danda pecunia magis põderosa. de q̃ rũ quolibet ꝺr i ps Mẽdaces filij hominũ in stateris. Quarto ꝑ pari pñt illi cherubĩ qui tenet flameũ gladiũ atq̃z versatilẽ ad impediendũ reditum homis in paradisuz. Gen. iij. Reuera isti aduocati mali hñt fla/meũ gladiũ. qz lingua eorum gladius acu/tus. et est valde versatilis ⁊ qz de facili ver/ti põt ⁊ tra veritatẽ ⁊ ꝑ veritate Cherubĩ interp̃tat̃ plenitudo scie Et isti dicunt̃ sapi/entissimi apud vulgos Sed ad quid deser/uiunt Reuera vt cõiter ad custodiendũ viã ligni vite ne aliquis accedat ad lignũ vite. id est ad xp̃m Isti sunt q̃ falsa ꝓcurãt diuor/tia. illegitima ꝓiungũt mr̃imonia Eccles/as veris p̃latis expoliant et simoniacos co/pulant. inocẽtes excõicant ⁊ etiã verbis fal/sis cũ de iure nõ possint. rebelles cõciliant xp̃m ⁊ eccl̃iam ꝑsequentes Et ideo veriſil̃r narrat̃ q̃ quidã vidit in spũ Neronẽ apud inferos balneantẽ. Ministri vero vndiq̃z circa eũ aurũ bulliens infundebãt Dum ei vidisset vnam cohortem aduocatoz ꝓpe/accedentem. clamauit. inquit O venale ho/minũ genus O aduocati amici mei accedi/te vt in hoc vase balneamini mecum. Ad/huc em̃ supest locus in eo quẽ ꝑ vobis ser/uaui Audiui de quodam causidico de reg/no frãcie Hic per iura ⁊ actus iuridicos de/ paupere clerico factus fuit mirabiliter di/ues Tandem infirmatus fuit ad mortem amici eius ex omni parte astiterunt ⁊ roga/uerunt eũ vt cõderet testamentũ Ille gra/uissime infirmatus cepit cogitare quo tot diuitias ꝑ suã eloquentiã ⁊ lingue piciã cõ/gregasset Et recollecto toto spũ quẽ habuit clamauit in gallico. langue langue langue Idem. ij. ⁊. iij. recitauit Et cum admirarẽ/tur qui astabãt quid vellet signare. subiun/xit iterũ in gallico langue tot gayngua et langue tot aura. Cõtigit aũt eo tempore fra/tres predicatores de nouo venisse ad illaz villam ⁊ aream habebãt. sed nullam domũ edificatã. Mandauit ergo pro quibusdaz de illis fratrib⁹. Et cum venissent corã fa/milia ⁊ amicis dicit eis. Ego inquit peri/cia lingue lucratus suz ista bona tempalia aurum argentum et alia ꝓciosa Uos aũt linguis vestris lucramĩ spũalia ⁊ sempiter/na Et ideo vobiscum mercimonia contra/ham vt percipiatis de fructu lingue mee vt ego viceuersa aliquid habere possim ꝺ fru/ctu lingue vestre Et ideo dixi amicis meis priusquã veniretis quot langue tot gayn/gua, et quot langue tot amica, ⁊ totũ the/saurum fratrib⁹ dedit ⁊ mortuo⁹ ẽ ¶ Quar/to reprobi. quia fuerunt facinorosi suppor/tatores destituentur autenticatione. ⁊ q̃/tum ad hoc dicit q̃ cõmouebit illos a fũda/mentis. Et istud est specialiter contra ma/los mistros cõsiliarios ⁊ baliuos isti oẽs fũ/gunt autoritate q̃ dã dñoz sic causarij Ju/sticiarij ⁊ alij ec̃ officiales multi loquuntur

# Lectio

semp in persona principis Et idē siue sit iustum siue iniustū auctoritatē habet. qz fundamentū totius negocij fingit esse principis Et ideo modo quos volunt supportāt et excusant. z quos volūt cōdemnant z semper habent p se regiā potestatē z auctoritatē Sed certe in die iudicij destituent ista autenticatōe. qz quilibet habebit respondere p seipo Et iō bene dz Et cōmouebit illos a fundamentis. Et p oppositū de viro iusto dicit Nō cōmouebit in eternū. qui habitat in hierusalē. qz fundamenta eius in montibus sanctis Quidqd em iusti siue ad ptē siue iudicialr allegāt ex ppōsito. totū emanare dz de mōtibz sanctis. i. de doctrina scrōz ¶ Quinto reprobi qz fuerūt pernicios pse cutores. ideo punient sine cōsolatione. Et quātū ad hoc dicit q vsqz ad supremū desolabunt pro tanto. quia licet punient citra cōdignū. tamē nihil dimittet impunitum. Greg. iij. dyalogo. Sicut multi i hoc mūdo sub vno sole dsistunt. nec tm equalr eius dē solis ardorē sentiunt. qz alius plꝰ estuat alicui mīnꝰ. ita illic in vno igne nō vnus ē modus incendij qz qđ hic diuersitas corpoz hz illic agit diuersitas pcōz vt ignē nō dissimilē habeant. z tm eosdem singulos dissimiliter exurat. hec Grego. ¶ Sexto qz reprobi fuerunt voluptuosi leccatores. iō cōterent sine cōdonatione: Et quantū ad hoc dicit q erunt gemētes Est antiqua narratio de iuuēcla q̄dam in francia. que cum p annū vixisset cum amasio suo lubrice z tanda impgnata fuisset z derelicta cepit flere et gemere z incōsolabilr cōtristari a qua cū quidam quesiuisset. quid tm ploraret Respondit deplōro gaudiū inquit anni pteriti: Isto modo satis iustum est q illi qui sine penitētia in pīti dant se voluptatibus carnis sue gement in futuro. Et si causa ab eis querat Respōsio bona est q gemunt et plorant gaudiū anni pteriti Mau. ij. Minabātur gementes vt colūbe Colūbe sunt aues multū lubrice z naturalr habent gemitū p cantu In signū q omēs qui se libidini mancipant gemunt vel gemēt Sap. xi. Duplex em illos acceperat tediū. gemitꝰ cū memoria pteritoz: Septimo reprobi qz fuerunt obliuiosi cōtēptores. ideo reprimēt merito sine recordatōe. Et quantū ad hoc dicit q memoria eoz pibit. Et p oppositū dicit de iusto ps. In memoria eterna erit iustus Modus erat apud romanos q noia senatorū z iudicū in tabulis ereis scribebant. Et ideo vocabantur patres cōscripti. Quādo aūt ꝯtingebat q aliquis delebat: fuit p maximo scelere z ꝯfusione ꝑpetua Isto modo multi scribuntur fm pīsentē iusticiā i ecclesia militante Quidam sunt epi. quidā religiosi et solennes clerici. Quidam rectores et curati. quibus fit verecūdia si in die iudicij in libro vite nō inueniantur. et fiant de numero illoz de quibus dicit psal: Periit memoria eoz cum sonitu Et iterū deleant de libro viuentiū et cum iustis non scribentur Et p cōtrariū de sanctis dicit Apocalij. Qui vicerit vestiet vestibz albis z non delebo nomē eius de libro vite

Lectio. lvij.

Veniēt in cogitatione peccatoz suoz timidi. traducent illos ex aduerso iniq tates ipoz ¶ Postq̄ spūs sanctꝰ retigit in te penā tirānis infligendā in ꝑpetuū in inferno. nec illa pena eis infligēt nisi in iudicio manifesto. qđ patere poterit tori mundo Ideo iā tacta eoz pena eternali. hic declarat aliquantulū de pcessu obseruando in iudicio gnali. z hz fac alternādo. mō iusti mō de iustis Et circa hz duo facit Nā primo declarat formā fm quā appebūt iniusti. Secūdo formā fm quā cōparebunt iusti. ca. v. Iūc stabūt iusti ☞ A ¶ Circa primū tria pdicit spūssctūs in lectōne hodierna iniustis futura i iudicio generali: qz ibi psentabūt psonalr sine pcuratore. cōsternabunt integralr sine cōsolatore. accusabunt crimialr sine defensore. z ista tria valde sūt grauia q̄n nec hō pōt hre pcuratorē nec cōsolatorē nec defensorē Primo ergo pntabūt psonaliter sine pcuratore qz sic dz. ij. Coram. v. Oēs nos manifestari oportet an tribunal xpi vt referat vnusquisqz ꝑput gessit. z quātū ad hoc dicē Veniēt inqt i cogitatōe scz timidi. Joel. iij. Venite oēs gētes de circuitu z cōgregamini ibi occūbere faciet dns robustos tuos: cōsurgāt z ascendāt gentes in vallē Josephat qz ibi sedebo vt iudicē oēs gētes in circuitu Veniēt g psonalr sine di-

latione qñ vocabunt & citabunt p emptorie illa terribili voce de qua dic apls. p Thes. iij: Qm ipe dns in iussu & i voce archange li & in tuba dei descendet de celo & mortui q in xpo sunt resurgēt pmi. in iussu id ē in imperatoris ptāte. Nō em tūc veniet in hūilitate sicut venit in carnē in pmo aduentu. non eqtabit asinā nec baiulabit sibi crucē. sicut legit fecisse Joh. xix. Sed tūc videbūt filiū hoīs venientē in nubib9 celi cū ptāte magna & maiestate. sic dr Lu. xxi. Et ideo dicit apls qipe dns veniet i iussu & in voce archangeli id ē in voce facta p semetipm qui est pnceps angelor Est em angel9 magni consilij dei & qui audierit viuēt. vel i voce archāgeli ad lrām. i. in voce facta misterio alicui mortui venite ad iudiciū. De hac terribili voce loquens Piero. sup Math. dicit sic. Quotiēs dicēs illū considero totis viribus & tremisco. Sine em comedo sive bibo sive aliqd aliud facio. semp videt mihi tuba ista terribilis sonare in auribus meis: Surgite mortui venite ad iudicium Veniet ergo dns in iussu & in voce archāgeli & in tuba dei Ea vox vocari pōt tuba. ppter similitudinē ad vsum tube que fuit in veteri testamēto Tuba em vocabant ad concilium. cōmouebātur surgentes & gregabūt ad cōciliū iudicij. ad pugnā plij quo orbis terrarum pugnabit & tra tube voce Christ. sup illd Mat. xxiij. Virtutes celor mouebunt dicit sic. Vere vox magna vox tube terribilis cui omia obediunt elemēta. que petras scidit. inferos aperit. portas ereas frangit. vincula mortuorū dirūpit. & de profundis abyssi animas liberans corpib9 assignat Hec oia citi9 cōsummat in o pe & sagitta trāsit in aere dicente apl̄o In momēto in ictu oculi. p. Cor. xv. Erunt ergo isti tyranni & psecutores iniusti terribiliter a mortuis excitati: euocati & personaliter iudici pītati. Terribile em ē qñ hō subito excitat a somno p fragorē et stre pitū tonitrui Est aūt verisile q illa vox erit sic vox tonitrui magni quo terrā tremere & celū cōcuti & vniuersa de suis locis videbūtur cōmoueri Tunc reges & regine. plati et cubine: milites et clerici. mercatores & monachi. nudi & confusibiles si mali fuerint apparebūt vñ Piero. i epla ad Elyodor monachū Judicaturo dño lugubre mūd9 immugiet. trib9 ad tribū pectora feriēt. potētissimi quondam magni reges nudo latere palpitabūt. ibi adducet Plato cū suis stultissimis discipulis. tūc Aresto. argumēta nō p derunt qñ veniet ille filius paupcule questuarie iudicaturus fines orbis terrar Sopho. p. Vox diei dñi amara tribulabitur ibi fortis. dies ire dies illa dies tribulationis & angustie. dies calamitatis & miserie. dies tenebrar & caligīnis. dies nebule et turbinis dies tube & clangoris Secūdo impij in iudicō consternabunt integral̄r sine consolatore Et q̄ctū ad hoc subdit in lra q nō solū venient. sed venient in cogitatōe peccatoruz suor timidi. a' Et notāda est differētia inter bonos & malos. q boni timēt de pcīs suis & timēt deū ante iudiciū. in psal. Cōfige timore tuo carnes meas. a iudicijs em tuis timui Eccl. v. De ppciatu pctōrū noli esse sine metu. & ideo timenti deū bene erit in extremis & in die defunctōis sue bñdicet Eccl. p. Sed p oppositū reprobi in p̄senti nō timēt pcā sua nec etiā deū. sed i iudicio timebūt qñ timor erit ad penā nō ad emendā Jn quor psona dic ps. Timor et tremor venerūt sup me & contexerūt me tenebre Vñ Brego. xiij. moza: Vltari nanq terror iudicis non nisi ante iudiciū pōt. mō nō cernit sed pcibus placat Cū vero in illo tremebūdo examīe sederit et videri potest et placari nō pōt. q facta prauor q diu sustinuit tacit9. simul oīa reddet irat9 Undē necesse est nūc timere iudicē cū nōdū iudiciū exercet cum diu sustinet cū adhuc mala tolerat q videt. ne cū manū i retributōez vltionis excusserit tāto in iudicio districtius feriat q̄cto añ iudiciū diuti9 nunc expectat Tercio impij in iudicio accusabunt criminaliter sine defensore. Et quantū ad hoc subdit in lra. Et traducēt illos ex aduerso iniquitates eor Traducere idē est q ad cōfusionē alicui9 id qđ fuit occultū ppalare. vñ Math. p. Joseph aūt cum esset iustus et nollet eam traducere &c. vult ergo dicere q ipamet peccata sua ppalabūt actores eorū quasi essent aduocati accusātes et stā

# Lectio

QVis enim hominū poterit scire cōsilium dei aut q̄s poterit cogitare q̄d velit ꝺs Cogitatōes em̄ mortaliū timide. et incerte puidētie nr̄e Corp⁹ em̄ qđ corrūpit aggrauat aiaz z deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē ¶ Postq̄s salomon devote supplicauit. ꝺ ꝓ sapia ipetrā da z sue petitōis declarauit vtilitatem. Ista pte iterato manifestat sue supplicatōis necessitatē Est aūt necessitas maxīa ad supplicandū deo ꝓ sapia qua dirigit ignorantia nr̄a in agendis Juxta illd. ij. Paral. xx. Cū ignorem⁹ q̄d agere debeam⁹. hoc solū habem⁹ residui vt oculos nr̄os dirigam⁹ ad te Istā g̃ ignorantiā nr̄am allegādo ꝺ̄ dit hebitudinē nr̄am tā in naturalib⁹ q̄s supernaturalib⁹ cognoscēdis. licet em̄ ex cognitione creaturaz assurgere possim⁹ aliq̄liter in dei noticiaz quantū ad multa. vicz q̄ potēs. bonus. omipotēs z clemēs est Jurta illud ad Ro. ꝓ. Invisibilia em̄ ipi⁹ a creatura mūdi ꝓ ea q̄ facta sunt intellecta ꝺspiciuntur tn̄ ad euidenter cognoscendū ꝺsilia sua et p̄cepta q̄ vult nos seruare in hac vita q̄ tingere non possum⁹ sine ipi⁹ reuelatōe. Et ideo primo ostendit Salomon quantā habemus ad cognoscendum celestia z supnaturalia difficultatem Et circa hoc duo facit quia primo allegat hominis generalem ignorantiam Scđo assignat tante ignorātie causam Scđa pars ibi Cogitatōes em̄ mortaliū Quātū ad primū dicit sic. Quis enim hominum poterit scire consilium dei. Aut quis poterit cogitare quid velit deus. quasi diceret ad hoc q̄ homo consequatur beatitudinem que est vita eterna et visio supernaturalis. diuine essentie oportet hominem transire per meritum adimpiendo aliquo modo diuinam voluntatem in ꝓceptis et consilijs suis Sed quid deus consulat et precipiat non potest homini cōstare nisi per reuelationem fidei de credendis et agendis. ergo hec reuelatio que est vera sapientia est homini necessaria quia nullus homo ex sua naturali cognitiōe posset scire consilium dei nec quid velit deus

☞ A Sed sciendū est q̄ iste termin⁹ Cōsiliū est equiuoc⁹ quia aliquādo inquisitio vnius vel pluriū in rebus dubijs vocatur consilium Et sic loquit Aresto. iij. Ethico. vbi oñdit q̄ cōsilium debet precedere electionem et q̄ omne cōsiliabile est eligibile. Et

sic loquit Thobias filio suo Consiliū sem/
per a sapiente pquire Thobie. iiij Et puer
bio. xi. Salus aut ubi multa cōsilia Alio
modo vocatur consiliū sententia declarati
va illis quod expedit fieri in incertis Et sic
loquit aplus p. Corinth. vij. De virginib
autem preceptum domini non habeo Con
silium persuasio ad aliquid agendū vel omit
tendum Quarto modo vocatur consiliū
quodcūqz arcanum alteri revelatū Pri
mo modo non possumus deo attribuere cō
silium ppie loquendo. sed methaphorice
et figuratiue loquendo de deo more huma
no quia in deo nullo modo cadit incertitu
do vel dubitatio Damasce. li. p. ca. xxij. nō
enim consiliatur deus. ignorantie em est con
siliari Et Aresto. iij. Ethicor. Consilium
est de his que incerta sunt et nescitur quali
ter eueniant. Et per consequens deo qui ē
prescius futurorum omniū. conuenire non
potest Secundo modo deo maxime con
uenit cōsilium quia ipse maxime in dubijs
nos certificare scit Tercio modo etiam si
et sic distinguamus inter precepta et consi
lia dei. Et quarto modo similiter Alle
gata ergo ignorantia humana explanatur
conuenienter nostre ignorantie causa Et po
nitur duplex causa. Uidelicet cognoscētis
debilitas. et cognoscendorz subtilitas Se
cunda causa ponitur ibi Et difficile estima
mus

a

Circa primū duo facit
quia primo allegat ignorantie causam ex
parte anime Secundo ex parte corporis
ibi Corpus enim: qđ corrumpit Quan
tum autem ad aniam sicut docet Aresto. ij
Methaphisice. Intellectus noster se habz
ad intelligentias et ad manifesta in natura
sic oculi noctue ad lumē solis Et iō ad tra
ctandū de his que supra vires nostras sūt
debemus esse timidi Et hoc est quod dicit
Cogitationes mortalium timide Et iterū
ad illa que sunt infra nos circa que opera
mur et consiliamur frequenter experimur
nos decipi et aliter deuenire qs nos ordina
mus Et ideo non solum sunt cogitationes
nostre infirme in speculatiuis. sed etiā in
certe sunt prouidentie nostre in practicis
Et ideo docuit nos Jacobus q locuturi
de futuris agibilibz a nobis semper sub cō
ditione dicamus Si domin⁹ voluerit faci
emus hoc vel illud Jacobi iiij. Ex parte ve
ro corporis duplex surgit difficultas adq̄
rendi scientiam de deo et necessarijs ad sa
lutem Prima quia corpus infectum fo
mite cōcupiscentie corrumpit affectum ani
me et facit; aiam ad surgendum ad spiri
tualia grauem Et ideo dicit. Corp⁹ quod
corrumpitur aggrauat aiam. Secūdo
quia solicitudo circa necessaria corporis et
ista tempalia deprimit sensum homis cogi
tantis multa et reddit eum distractū a stu
dio et scientia adquirenda Et ideo subdit.
Et deprimit terrena inhabitatio id ē oc
cupatio circa terrena corpori necessaria sen
sum id est intellectum multa cogitantem:
Corpus qđ corrumpitur aggrauat aiam
Nota q corpus post peccatum anie alli
gatur in triplex officium. habet enim ani
ma corpus sicut instrumētum in adiutoriū
ad seruiendum Secūdo sicut indumen
tum vel opertorium ad se tegendū Ter
cio habet ania corpus sicut sibi cōiunctum
et datum sicut detrimentū vel afflictoriuz
ad puniendum Primo dico q anima ha
bet corpus sibi coniunctum sicut instrumē
tum in adiutorium ad seruiendum Unde
Aresto. primo politico. ait Animal constat
ex anima et corpore. quorum hoc quidem
principalius est a natura scilicet ania. hoc
autem subiectum. puta corpus In homine
autē bene dispositio corpus est sicut seruus.
et anima principans et dominans Sed in
homine pestilente corpus dominat et ani
ma famulatur Est autem secōm eum ibi
dem duplex principatus. videlicet. dispo
ticus siue servilis. et politicus siue regalis.
Anima em principatur corpori princi
patu dispotico. et est talis principatus quā
do subiectum non habet potentiā resisten
di principanti Sed intellectus principat
appetitui politico pncipatu qz appetit⁹ ha
bet inter dū potentiā resistēdi ratōni Pa
tet ḡ fm eum q corp⁹ natural'r est servilis
cōditōis. et aia libere cōditōis Et qz seruus
delicate nutritus proteruit in dñm Juxta
illud Prouerbio. xxix. Qui delicate a pue
ricia nutrit seruum suum sentiet eum po
stea contumacem Ideo statim a puericia de
bet seruus iste domari et in seruitutē redigi

# Lectio

Et hoc satis aduertit, Apostolus qñ dicit Castigo corp⁹ meū ⁊ i seruitutē redigo ne cū aliis p̄dicauerim ipse reprobus efficiar. p̄ Corin. ix. Seruitus aūt fm iura si sit occulta impedit matrimoniū cōtractū cū libera Uñ si seruus dicat se ingenuum ⁊ ꝺtrahit cū libera ⁊ ipa postea ꝓpendit se esse decep/tā pōt agere ad diuortiū ⁊ obtinebit. xxij. questiōe secūda capitu. Si femia ingenua Moraliter loqñdo suus est corpus nr̄m quod fingit se liberuz ⁊ nobilē. et iactat totum mundū esse suum ⁊ ꝓpter se ordinatū ⁊ ideo pificare se p̄sumit rōni que est dña sua et ingerit se ad matrimoniū p quandā equalitatē cū rōne cōtrahendū. sed certe rō debet aduertere ⁊ ipm repellere sic nō maritū suum. p̄me Corinth. vij. Nonne ē seruituti subiect⁹ frater vel soror huiusmodi More ergo serui debet corpus nostrum tractari. Quis vero sit modus tractādi seruum dicit. Ecci. xxxiij. Panis ⁊ disciplina ⁊ opus seruo. Tria em̄ sibi cōueniunt vide licet educatō qz panis. Castigatō qz disciplina. Occupatō qz opus. Educatō sibi debetur talis tempamenti. ne superbiat et ne succūbat. Uñ Gregor⁹ sup Ezechielē secūda pte Omelia septia. Si pl⁹ corpi q̄z debeamus tribuim⁹. hostem nutrimus Et sine necessitati illius q̄ debem⁹ nō reddimus ipm nr̄m cōciuem necamus. Nec ille Ex q̄ ergo corpus naturaliter seruus est ⁊ subiectum spiritui quāta vtilitas est huic seruo seruire. De hoc, Seneca epl'a. xlix. Fateor inquit insitam nobis nr̄i corpis caritatem Fateor nos huiusmodi gerere tutelam. nō nego idulgendū. illi seruiendū nego. Nolitis em̄ seruiet qui corpi seruit. qui p illo ni mum timet. qui ad illū oīa refert honestuz ei vile ē cui corp⁹ nimis carū est. Sit ergo p̄mo corpus spūi sic instrumentū in adiutoriū ad seruiendū. Secōdo corpus datum est aīe sicut indumentū vel oportiū ad tegēdum. Job. x. Pelle ⁊ carne vestisti me ossibus ⁊ neruis cōpegisti me: De hoc Seneca epl'a. lxij. Corpus naturaliter vt quandaz vestē aīe circūdedit ⁊ velamentuz est eius Quis em̄ p vestimentū estimauit aliquē. nec bonū nec malum gladiū vagina facit. Ita nec bona corpis bonū hoiem. hec. Seneca

G. De indumētis aūt que domini distribuunt famulis suis. duo videlicet. Unū est qđ dñs qui dat annuatī duplicez libratā vnaz p hyeme ⁊ aliā p̄o honestate sic solet ordinare q̄ illa libzata que fuit p hyeme fiat de panno grossiori. Illa vero de subtiliori que seruiet in estate. Moraliter totū temp⁹ nr̄m diuidet in duas ptes. hyemem ⁊ estatē. hyems est vita p̄sens. Estas erit vita futura. Dñs aūt nr̄ daturus ē nobis duplicē libzatam. vnā robā accepimus p hyeme hui⁹ vite Et iđo est de rudi pāno Corpus em̄ nostrū si modo aduertim⁹ de turpi materia vel rudi est facta. et tñ saris sufficit p hyeme hui⁹ vite Debre. x. Corp⁹ aūt aptasti mihi id est aptum dedisti cōue/niens tpi in quo viuo. Scđa libzata quā habebimus i paschate vite future id ē in resurrectione generali est de pāno subtili. erit et corpus nostr̄ subtile contra grossiciē. clarū cōtra opacitatē, agile cōtra grauitatē. ⁊ impassibile contra mortalitatē. p̄. Corin. xv. Seminat corpus aniale surget corpus spiritale Dat ergo dñs noster duplicē libzatā fm cōgruentiā tempoz diuersoz Scđo videmus in istis familijs ⁊ curijs q̄ boni armigeri robas duplices p̄cepturi nō p̄sumit gerere robas duplices p̄cepturi nō p̄sumit in hyeme a laboribz lacerant robas nuncin pluuijs i niuibz in ignibz vbicūqz dño placuerit Rō ē dicta qz sciūt se nouas robas in paschate p̄ceptu ros Consili mō moraliter boni xp̄iani non p̄sunt ab opibus penitentie corpibz suis. vigilant: ieiunant. ⁊ varijs penitentijs lacerāt vel macerāt corpus suū Et quare hoc Certe qz nouas robas expectant in resurrectiōe qñ vestient spūs corpibus suis gl'iosis Philip: iij. Saluatorē expectamus dñm nostr̄ ieslm xp̄m qui reformabit corpus humilitatis nostre ꝺfigurato corpori claritatis sue Item notandū q̄ inter indumenta que dā sunt vestes et arma ⁊ que dā sūt vestes tm̄ et nō arma. In vestibz ⁊ armis fiūt que daz signa depictu/ris ⁊ coloribz Et cōsueuerūt reges iuuenes et p̄ncipes militare in ludis militaribz et armis non notis nec in armis que postea debent referri sed in armis ignotis ad voluntatē eoz Quādo aūt tales p̄ncipes exercitati armoz in talibz ludis dimittūt tūc solent dare alicui armigero illa arma cōsecrādo eum in statu militari ⁊ id cedit ad hono

rem notabilē talis armigeri q̄ possit arma portare dñi sui quib⁹ vsus est i sua milicia iuuenili Moraliter dñs noster deifili⁹ xp̄c militauit in cruce arma habuit de argento albissimo carnis sue quinq; rosis rubeis distincto que sunt quinq; vulnera corpi illi sacro impssa. p̄nceps iste ludum talē armorū sua resurrectiōe dimisit q; xp̄c resurgēs ex mortuis iam non morit: mors illi vltra nō dñabit Roma. vi Sed homi tanquā armigero multū dilecto ꝺtulit arma illa: misitem fecit eum dñs vt ptz p apl'm. ij. Thi. ij. Labora sicut bonus miles xp̄i Et honorificum debet esse homini multū scz memoriter recogitandi. si iniusta corpal'r toleranda portare valeat arma xp̄i: et ideo de istis armis bene gloriabat ille qui dicit Gal. vi. Stigmata dñi nostri iesu xp̄i in corpe meo porto Et ideo scribit. p: Corint. vi. Empti estis pcio magno. glorificate et portate deum in corpe vestro Tertio corpus est datū anie sicut detrimentū et afflictoriū ad puniendū Et hoc est vez fm tempus nature lapse Exquo em̄ ratio mentis humane sbtraxit deo obedientiā quā debebat. subtracta est anie illa obedientia quā sibi corpus exhibebat et ceperūt passiones mortis et corruptionis affligere aiam in corpe habitā tem in tantū q; clamare ꝺpellebat apl's ad Ro. vij. Infelix ego sum quis liberabit me de corpe mortis huius Un Seneca epl'a. c. i Corpus hoc anime pondus est et pena. pre mente illo vrget et in vinculis est Et infra. Maior sum et ad maiora genitus q̄z vt mācipiū sim corpis mei. qđ equidē non aliter aspicio q̄z vinculū aliqđ libertati mee circūdatum. Hec Sene. Et de hoc notabiliter loquit epl'a. xlviij. Admiror dementiā nostram q; tanto tempe amamus rem fugitissimā corpus nostrū. timemusq; neq̄ morimur cū omne momētū mors sit prioris habitus. Uis tu timere ne semel fiat qđ quotidie fit Et ideo signanter dicit hic Corp⁹ qđ corrumpit nō qđ corrumpet Corrupta est infantia. corrupta est puericia. corrupta est adolescētia ij. Regū. xiij. Omēs morimur et quasi aque dilabimur in terrā que non reuertetur

Lectio. cxxiiij.

ET difficile estimam⁹ q̄ in terra sunt et que in prospectu sunt inuenim⁹ cum labore Que aūt in celis sunt quis inuestigabit. Sensum autē tuū quis sciet. Nisi dederis sapiam tuā. et miseris spm̄ tuū sanctū ꝺ altissimis. Et sic correcte sunt semire eorum que sunt in terris et que tibi placēt didicerunt homines Nam p sapiam sanati sunt q̄ cunq; placuerūt tibi dne a pncipio ¶ Post quā em̄ sapiens salomon allegauit humanā ignorantiaz ppter quā necesse habuit a deo petere sapiam Unā causam isti⁹ declarauit ex pte humane imbecillitatis In ista parte assignat aliam causam ad id ē magnitudinē vicz difficultatis ex parte rerū scibilium ☞ A Et circa hoc tria facit. qz Primo ostendit q; attingere cognitionē supernaturalū exceꝺet limites hūane facultatis. Scōo q; taliū cognitio nullo mō haberi potest nisi ex dono diuine liberalitatis Et tercio q; nūq̄z fuit alia via salutz ihominibꝫ bñ morigeratis Scōa ibi. sēsum autē tuum Tercia ibi Et sic correcte sunt ¶ Ad primū arguit sic Si nos homies non possumus id qđ minus ē. nec poterim⁹ id quod maius est. sed minus est cognoscere creaturas dei et cognitōes naturales earū que sūt in terra nobiscum q̄z cognoscere diuinā voluntatem que est in celo Sed ad cognitionem alicui⁹ nature exilis nō possumus deuenire sine difficultate et labore Ergo ad cognoscendū occulta diuine voluntatis nullo modo poterimus deuenire Quantū ergo ad hoc dicit sic Et difficile id ē difficulter estimamus id est ad quandā nō satz certam cognitōem deuenimus Iste em̄ terminus estimare nō importat omīnodā certitudinē fm modū loquendi sicut notū ē Difficile inquit estimamus que in terra sūt cuiusmodi sunt quātitas terre immobilitas terre. imo generaliter cum difficultate scire possumus qūo herbe arbores et plāte generant augmentant et fructificant in terra. Ista em̄ ppter quotidianā consideratōem apud nos viluerūt et tm̄ nullus est nr̄m qui sciat de his plenam reddere ratōem Quia sicut dicit Augustin⁹ Maius miraculū ē q; deus de paucis granis segetes creat q̄z

# Lectio

q̄ tot milia hoīm de paucis panib⁹ ⁊ pisci/bus satiauit. ⁊ tñ hoc nemo mirat· Illō om nes miramur non quia mirabili⁹ sed q̄ ra rius Ergo ista quotidiana que fiunt in ter/ris. nescimus cōprehēdere. imo vix aliqua liter estimare Eccs. p. Lūcte res difficiles nec potest eas homo explicare sermone Di/cit ergo Et difficile estimamus id est difficile est estimare Et que in terra sunt Et seq̄t que in p̄spectu sunt inuenim⁹ cum labore. id est etiā p̄ma p̄ncipia inuenim⁹ cū labore Cū em̄ a sensu et experimento dependeant nec aliquid sine passione sentire possumus etiā p̄ma principia cum labore cōquirim⁹ aliquali Et tñ de istoꝝ notitia dicit Aresti. Metha phi. q̄ cōsideratio de veritate difficilis est vno mō ⁊ alio modo facilis est Facilis est q̄tum ad p̄ncipia que se habent sicut porte vel fores manerij in quib⁹ nul/lus delinquit Sed difficilis est quantū ad cōclusiones que ex p̄ncipijs eliciunt in qui bus a multis erratur Et q̄ sic est q̄ ea que in terris sūt ⁊ in p̄spectu id est que statim alī quo mō offerunt se sensui inuenimus cū la/bore Merito queri potest sic Que aūt in ce lis sunt quis inuestigabit Et siue hoc de ce lis id est speris celestib⁹ in quib⁹ sunt stelle erratice siue fixe. Uel de celo empyreo q̄d supra illos celos est ⁊ deo appropriat et an gelis. intelligatur ⁊ p̄ponat rationabil' que stio est Dec est em̄ ratio quare p tot cente/naria annoꝝ vixerunt illi homies qui nos in principio mundi p̄cesserunt Cū quanto etiā labore ⁊ diligētia inuenta est vera quā titas terre. ⁊ postea vera q̄ntitas solis et to/tius firmamenti. nō pōt faciliter a nobis ex cogitari Cum ergo ad illa insufficiētes su/mus ꝑstat q̄ sine dono ⁊ reuelatōe dei attī/gere non possumus ad ea ad que null⁹ sen/sus nullū experimentū perducit. ⁊ ideo se/cūdo subiungit Sensum aūt tuū quis sciet nisi tu dederis sapiam tuam ⁊ miseris spm̄ sanctū tuum de altissimis Sensum aūt tu um id est ꝑsiliū p̄scientie tue ⁊ ordinatiōis future quis sciet nisi p donum liberalitatis tue. nisi inquā tu dederis sapiam tuā reue/lando que tibi placent p nos fieri in hac vi/ta. et cum hoc miseris spiritūsanctū tuū de altissimis ad inclinandū voluntates nr̄as et suggerendum nobis facere q̄d tu preci/pis Joh. xiiij. Ille vos docebit omia de al/tissimis Altum est celum planetaꝝ. altius celum stellaꝝ fixarum ⁊ altissimū est celuꝝ empyreū q̄d dicit celum trinitatis In ps. Tu solus altissimus sup omnē terram Se cūdo subiūgit q̄ nunq̄ fuit alia via salutis hoīb⁹ possibilis nisi p reuelatōem certi cultus quem deus exigit ab hoīb⁹ per fi/dē spem ⁊ caritatē Unde dicit sic Et sic coꝝ recte sunt semite coꝝ que sunt in terris et q̄ tibi placent didicerunt omnes . Nam p̄ sa pientiam sanati sunt. quicunq̄ placuerunt tibi a p̄ncipio dñe Et sic misso sancto spiri/tu de altissimis ⁊ sapia tua data hominib⁹ coꝝrecte sunt semite id est perfecti mō viuē di ⁊ obtuandi mādata tua . In ps. Dedūc me in semita mandatoꝝ tuoꝝ. Et semite in quā coꝝ que sunt in terris id est hoīm ter/renoꝝ Et sic per modū istum didicerūt ho mines que tibi placent vicz per incarnatio/nem filij et emissionē spūssancti Nam per istam sapiam fidei in xp̄m vicz sanati sunt, a morbo peccati quicunq̄ placuerunt tibi dñe a p̄ncipio Math. xxi. Qui p̄cedebant et qui sequebant clamabāt dicentes Osan na filio dauid vbi dicit Glo: q̄ nemo saluā dus fuit nisi in fide incarnationis explicita vel implicita Et miseris spiritūsanctū tuū ¶ Circa missionē spūssancti est notandū q̄d/la fuit mundo necessaria ꝓpter tria . Uenit om sicut lacrimantiū cōsolatoꝝ sicut ignorātiū informatoꝝ ⁊ sicut vacillantiū confirmatoꝝ ¶ Primo ergo venit sicut lacrimantiū consolatoꝝ. Qñ nutrix recedit a puero puer tri/statur ⁊ plorat . ¶ Et licet ipa puerꝝ horret et moneat q̄ nō ploret nec doleat Puer tñ cum recesserit statim plorat et clamat quā/tūcunq̄ ipa cito' redituram se p̄mittat nec cessat a fletu donec nutrix mamillam in os mittat Isto mō xp̄c moraliter nutrici⁹ fuit apostoloꝝ suoꝝ quos tanq̄ filios iuuenes et teneros diligebat ⁊ fouebat Osee xi. ego quasi nutrici⁹ effraym portabam eos i bra/chijs meis ¶ Effraym frugifer interpretat et figurat aplos q̄ fruges doctrine ferebāt quibus totus mundus fuit postea satura/tus Iste nutricius accepit licētiā ab aplis suis et dixit eis q̄ non turbarent de recessu suo Joh. xiiij. Non turbet coꝝ vestrū neq̄ formidet vado et venio ad vos Iterū mo/

dicum ꝛ videbitis me. Et multa talia dixit eis ꝛ tñ omib⁹ illis non obstantibꝫ/ se nō po terant a tristicia cōtinere Joh̄ā.xvi. Quia hec locutus sū vobis. tristicia impleuit cor vestrū/ Et ideo xp̄c volens eos ꝫ solari p fec te. mamillā sue dilectionis ꝛ dulcedinis sez spiritū sanctū posuit in ore eoꝝ Isa.lx Lac gentiū sugas/ et mamilla regū lactaberis. Mamilla regum id est spūsctō qui est ma/ millā dulcedinis clemētie ꝛ suauitaꝛ tori⁹ trinitatis Ista mamilla habuit ī se lac dul/ cissimi nutrimenti omia em̄ dulcia nutriūt fm ph̄m Et de spūsancto scribit Eccl.xxiiij Spūs em̄ meus sup mel dulcis/ Sed in/ ter sugentes istā mamillā magna differen/ tia est/ quidā nanqꝫ sicut pueri dissoluti p⁹ quā suxerunt mordēt dentibꝫ/ Quidā pel/ lunt manibꝫ ꝛ quidā lacerāt vnguib⁹/ Hi omēs sunt ingrati xp̄iani qui postqꝫ spiritū sanctū receperint/ p sacrm̄ penitētie redeūt ad ingratitudi nē p pctm̄/ quoꝝ quidā mor dent p detractōem. ꝛ ledunt caritatē que ē spūsanctus/ Galla.v. Si inuicem mor de/ tis ꝛ comedetis/ videte ne ab invicem ꝫ su/ mamini Quidā em̄ pellunt p rebellionem qui ecclesie resistunt ꝛ doctrine verbi dei. Actuū.xiij. Vobis oportebat loqui p̄mū verbū dei/ sed qm̄ repellitis illud ꝛ indig/ nos vos iudicastis eterne vite/ ecce ꝫ uerti/ mur ad gentes/ Aliq̄ lacerāt vnguibꝫ sicut raptores ꝛ pdones qui bona ecclesie rapiūt et auferūt ꝛ pdant/ ꝛ isti sūt mali militares qui per illā bestiā designant de qua Dani.. vij/ Hꝫ erat terribilis nimis dentes ꝛ vng nes eius ferrei/ comedebat et ꝫ minuebat ꝛ reliqua pedibus suis cōculcabat/ De istis vij. Vos semp spūsancto restitistis Secū dō missus est spūssanct⁹ sicut ignorantiuꝫ inf̄ormator. Xp̄c em̄ dei filius pdicauerat iudeis verba sue sapie in tantū/ q̄ fatebant Joh.vij. Nunqꝫ sic locutus est hō sicut hic hō loquit̄/ hoc fecerat inter eos opere poten/ tie sue Jo.xv. Si opa non fecissem in eis q̄ nemo alius fecit. pctm̄ non haberēt Dede/ rat eis exempla sanctitatis vite Math.xi. Discite a me qꝫ mit̄ sū ꝛ hūilis corde/ istis tm̄ non obstantibꝫ ipsi iudei verba sapie di/ cebant esse falsa Jo.viij. Tu de teipo testi/ monij̄ ph̄bes/ ꝛ testimoniū tuū nō est verꝫ

Miracula sue potentie dicebāt fieri virtu te dyabolica Math.xij. Hic nō ejcit dēmo nia nisi in beelzebub p̄ncipe dēmoniorꝫ Ex/ empla vero sue sanctitatis/ dicebāt facta eē hōmis peccatoris Joh.ix. Nos scimus qꝫ hic hō peccator est/ Istis ergo visis poterāt aplī respondere qm̄ xp̄c ab eis ascendens di cit/ Euntes in mundū vniuersum p̄dicate euāgeliū omi creature ꝛc/ Dñe quō nos re linquis et ad iudeos transmittis/ si verba tua falsa dixerunt/ si miracula tua demoni/ bus ascripserūt/ si tue sanctitatis apparen tiā in scādalū peruerterūt/ Quid inter eos facere poterim⁹ nos ignari qui habem⁹ par uā scientiam/ nos infirmi qui habem⁹ par/ uam potentiā. nos realiter peccatores q̄ ha bemus lesam ꝫ sciam/ Et ideo missus est ad eos spūssctūs p omnibꝫ istis sicut ignoran/ tiū informator Joh.xiiij/ Paraclitus autē spūssctūs quē mittet pater in nomie meo ill̄ le docebit vos omia/ ꝛ suggeret vobis omia quecunqꝫ dixero vobis/ In hui⁹ figurā mis/ sus est spūssanctus in triplici specie/ ignis lingue. ꝛ columbe In igne relucētia clarita tis In lingua eloquētia veritatis In co/ lumba pacientia suauitatis. Sap.xij: O qꝫ bonus ꝛ suauis est spūs tuus in nobis/ In igne similiter denotat potentia qꝫ inter ele menta nullū est ita actiuū ꝛ hoc per calorē/ In igne denotat sapia ꝛ hoc p splendorem/ In lingua designat eloquētia p vocis clan gorē Modo ita fuit q̄ aplī habuerūt tripli ci ppō p̄dicare p̄ncipibꝫ qui fidē impugna bāt p pontentiā: philosoph̄. qui eā impug nabāt p sapiam/ Et pplis qui aplos non in/ telligebāt ppter ydeomatis differentiā/ et ideo dedit eis xp̄c spiritūsctm̄ in specie co lumbe vt vincerent p paciam In specie ig/ nis vt vincerēt p xpi potentiā In specie lin gue vt instruerent p sapiam ꝛ haberent ois ydeomatis differentiā Act.ij. Ceperūt lo/ qui varijs linguis put spūssctūs dabat elo qui illis Tercio missus est spūssctūs sic vacillantiū cōfirmator Job.xiij. Vacillan tes ꝫfirmauerūt sermones tui/ ꝛ genua tre/ mentia cōfortasti Vas luteū q̄n est recens nō habet qualitatē aliā q̄z luti/ tedit omi tac tui ꝛ omi impulsu/ Sic aplī et ois hō q̄ est vas luteum p naturā Job.x. Memēto que so q̄ sicut lutum feceris me. Nullo mō pōt

pfecte resistere tentationib' seculi ex sua p
pria qualitate. sed si vas luteū desiccet z cō
burat ad ignem fit solidū durū et sonorum
Et ita apl'i se habebāt et alij viri sancti ī ec/
lesia. q̄ nō accendunt spūsctō p tra oēs tri/
bulationes seculi fortes fiūt Act. p. Accipietis virtutē supueniētis spūssancti ī vos
et eritis mihi testes In testem ymō. tria cō/
siderant: natura. cōditio z vita ☞ B
Natura vt sit vir non femina q̄ sexus ille
instabilitatem solet habere annexā Cōsidera cōditio vt sit liber non seruus q̄ seruus
metu dñor faciliter a veritate solet abduci Consideraē vita ne sit infamis in se qui d
alijs debet testimoniū perhibere Et ppter
ista plati ecclesie q̄ vel sunt effeminati libidinose viuendo vel seruilis conditōis mū/
do et māmone seruiendo vl'lesi in bona opinione publice delinquendo nō sunt cōuenientes testes christi nisi spūsancto cōfirmati
sed fuerunt apl'i viriles p corōis constātiā
liberi z sine timore p veritatis abundantiā
famosi z bone opinionis p sanctitatis inundantiā Et de eis scribit Actuū. iiij Virtute magna reddebant apl'i testimoniū resurrectionis dñi nostri Et ista tria tangit beatus Aug⁹. Talis est inquit gr̄a spūssancti
q̄ si tristiciā inuenit dissoluit. si desideriuz
pniciosum cōsumit si trepidatōem abijcit.
In hoc q̄ dissoluit tristiciā. dat corōis firmitatem In hoc q̄ desiderium pniciosum cō
sumit dat vite sanctitatem In hoc q̄ trepidatōem abijcit dat constantiā z libertatem
Cīn Brego. iiij. sup Ezech. Cōsidero pīes
noui z veteris testamenti Dauid Danielē.
Amos Petrū Paulū z Matheū z apertz
oculis fidei intueor. ¶ Implet nanq̄ spūs
sancti gr̄a puerū citharedū z psalmistā facit
Implet abstinentē puerū z iudicē senū facit. Implet pastorē armentariū z pphetā
facit Implet piscatorē z pncipem apl'oz facit Implet psecutorem. z doctorē gentium
facit Implet publicanū z primū euangelistam facit Dec Brego. Exemplū de petro
qui cuz esset vas luteū nō cōbustum ad vocem ancille hostiarie negauit xp̄m quem postea corā Nerone z mundi pncipib' constātissime p̄dicauit Et ideo signanter petiuit
p̄s. dicens Spū pncipali cōfirma me z tūc
constanter docebo iniquos vias tuas z impū ad te cōuertentur

Capitulū decimū
Lectio. cxxv.

Hec illum q̄ pri
mo formatus est a deo pater or
bis terrarū cuz solus esset creat⁹
custodiuit z eduxit illū a delicto suo z edu
xit illū de limo terre z dedit illi fruē diuinā
dōia ¶ Hic designat decimū capitulū et ē
scda ps huius libri q̄uis non nulli antiq̄ sig/
nauerūt capitulū paruz ante ibi Nam p sapiē
tiā sanati Quos in pncipio libri diuidēdo
sequebar. sed q̄ hoc modicum refert vl'nihil ad libri pcessum modo tamē sequi ma/
lo capitula cōiter p̄putata ¶ Unde postq̄
salomon multipl'r declarauit sapie nobilitatē z magnā fecit de ea cōmendatōem simpl'ius effectus generales In ista parte p̄se/
quit sapie vtilitatem q̄ztum ad quosdā effectus speciales oīdēdo in pticulari quōsingulares quedā p̄sone fuerunt p sapiam in
bono cōseruate z a malo p̄seruate. Und ab
ista pte vsq̄z ad finem libri ponit exemplificatio in pticularib' gestis et historijs d beneficijs q̄ homibus p sapiam sunt collata
et de supplicijs q̄ p eandē peccatorib' sūt illata Et diuidit hec scda ps huius libri in duas pncipaliter Naz primo agit de beneficijs
collatis p sapiam quibusdā p̄sonis. Secdo
agit d bnficijs vni toti ppl'o certe nationis
vicz israelitico Secda ps ibi Dec ppl'm In
fra eodem c. Prima ps diuidit in septem
sex p̄sonas quas describit z ondit a sapientia gubernatas fuisse vicz. Adam Noe
abraam loth iacob z ioseph ☞ A Pri
ma ergo ps que est lectio p̄ns est de adam
cui cōtulit sapia dei q̄nq̄z progatiuas z gratias spēales Ipe em habuit paternalē pre/
eminentiā ad genus humanū ppagandū.
Originalem innocentiā ad semetipm conseruandum. situalem excellentiā ad iocundē inhabitandū. rationalē magnificentiaz
ad creaturas gubernandū. et finalē indulgentiā ad deū p̄ petm reconciliandū Dic
ergo primo sic Dec id est sapia increata. illū
id est adam qui primo formatus est a deo. primo z bis terrarū id est q̄ ordinatus fuit a deo
pncipiū z radix totius humani generis q̄d
modo est diuisum in diuersis gtibz orbis

orbis terraꝝ. Ecce paternalis ꝑeminentia ad genus humanū ꝓpagandū Generasset eñ homies in statu innocentie sine feruore sine dolore sine pudore Nec vero illū id est Adam cū solus esset creatus custodiuit. i. originalem innocentiā sibi dedit qua sp se suaq; ita perfectū dominiū supra corpus q̄ nunq; sensisset infirmitatem ab intrinsico nec lesionem ab extrinsico nec deceptōez aḃ aliq; si in statu innocentie ꝑstitisset. hec habuit cū solus esset creatus id ē anteq; ge/ nus humanū ꝑ generatōem multiplicasset tunc qdammō solus fuit qz solus i seru vi/ rili exñs vel cum simplr esset solus añ for/ matōem mulieris de costa Ecce originalis innocentia ad semetipm cōseruandum. Et iustitiā originalem naturalr in filios transfudisset sicut modo parētes transfū/ dunt pctm originale Tercio illū adā edu/ xit a delicto suo dando sibi finalem indul/ gentiā ad deum post pctm placandum Et istud bñficiū ꝓpter sui magnitudinē enūe/ ratur ante duo alia que sequunt. licet poste rius sit collatū Dedit eñ ade grām penitē tie ꝑ pctō suo et remissionē eiusdem pecca/ ti. Et qtum ad hoc dicit Et eduxit illum ꝑ ade ꝑ tritōem. Sed pfecte et cōplete per xpi passionē. Quarto hec sapia increa/ ta dedit ade situalem vel localē excellentiā ad iocunde inhabitandū Sicut eñ narrat hystoria scolastica sup Beñ. Creatus fuit homo in agro damasceno et inde trāslat⁹ in paradisum qui est loc⁹ delicatissimus vbi modo manent Enoch et Helyas. ꝑtinuan/ tes vitā suā per esum ligni vite et alioz que sunt ibi Et qtum ad hoc dicit. Et eduxit illum de limo terre id est de agro damasce/ no in quo formatus fuerat de limo illi⁹ ter re et trāstulit i locū amenissimū paradisi Be/ neꝑ. ij. Plātauerat añ dñs deus paradisū voluptatis a ꝓncipio in quo posuit hoiem quē formauerat. Quinto hec sapia dedit ade rationalē magnificentiā ad creaturas gubernandū. Et quantū ad hoc dicit. Et dedit illi virtutem cōtinendi omia id est ra tionē et cognitōem qua potuit omnib⁹ crea/ turis dñari Beñ. ꝑ. Dñamini piscibꝫ ma/ ris et volatilib⁹ celi et vniuersis aiantibꝫ que mouent sup terrā ☞ a ¶ Dubita/ tio lr̄alis Utrꝫ adam in statu innocentie fu it a deo rationabilr custoditus Qd̄ non. qz crudelis pater esset qui ꝓmitteret filiū suū pugnare in duello in quo ꝑsciret eū cē vin/ cendū Sed dominus ꝑsciuit adam filium suum per creationem. vincendum per ten/ tationem futurā per dyabolū. Ergo cru/ delis fuit nō custodiendo illū ab illa tentatio ne ergo eum ꝑ tunc nō ratōnabiliter custo/ diuit. Preterea si deus eū custodiuit. ergo nō debuit ꝓmittere tēptari. Rñdet mgr̄ sen. dis. xxiij. xxi. c. ꝑ. q. gliosius est nō cōsentire q̄z tentari non posse Et ideo deus eū tenta/ ri ꝓmisit vt inde glorioſiorē reportasset victoriā Sed cōtra sciuit eum vincendū. g̃ nō expectauit homis victoriā. ergo nihil ē dic/ tū q̄ ideo ꝓmisit q̄ homo vinceret. Prete/ rea sapienti⁹ est vnūquodqz ordinare in fi/ nem suum ita cōueniēter sicut pōt ab eo or/ dinari. sed finis homis est beatitudo et bea titudinē potuisset homo attigisse cōuenien/ ter sine tentatione et sine pctō qz illa sūt im pedimenta a beatitudine ꝑ sequēda. Pre/ terea ad bonū custodem ptinet ꝑcauere et remouere omia pericula ab illo qd̄ ē sue cu/ stodie cōmissum ergo deus debuit tentati onem amouisse ¶ Ad oppositū dicit⁹ in lr̄a q̄ sapia increata cum solus esset creat⁹ cu/ stodiuit illū ¶ Ad questionē dicendū q̄ de us eum custodisse dicit⁹ q̄ sibi de iusticia ori ginali et gr̄a puidit ꝑ que semetipm potuit custodisse si voluisset ¶ Pro argumētis est notandū: sic̄ docet Dyonisi⁹. c. iij. d. di. no. Prouidentia dei nō est nature corruptiua sed saluatiua Un̄ ad puidentiā dei ptinet rerum naturas administrare sicut cōdecet bonitatē vniuersitatis. Sed̄o notat q̄ boni tas totius ꝓponderat bonitati ptis Unde si aliquid esset melius parti q̄z toti tali toti cederet in ꝓiudiciū. ideo ptinet ad bonū gu bernatorē tale cōmodū parti sb̄trahere vt habeat pfectio totius Licet eñ fm ymagi/ natōem melius esset pdere pedes q̄z caput tñ melius est toti homini habere vnū caput et duos pedes q̄z duo capita et vnū pedem ¶ Ad oppositū ergo dicendū q̄ decuit deo creare vnū vniuersum in quo eēt varietas specierū et naturaꝝ ad ostensionē sue bonita tis inter quas spēs hō est quedam de nobi/

libus. ¶ Nõ aũt posset hõ esse homo nisi esset peccabilis ⁊ tentabilis ad peccandũ. Et iõ facere q̃ homo nõ fuisset tentatus et fecisse hoiem. cõtradictõem includit Sed d. Potuit eum sic dotasse gratijs naturalib⁹ ⁊ infusis q̃ fuisset ĩmutabilis ad malũ sicut erit post beatitudinẽ ¶ Dicendũ q̃ licet deus hoc potuisset de potentia absoluta non tamẽ de potẽtia ordinata. Natura eĩ hominis est q̃ ptingat ad beatitudinẽ p̃ bonum vsum liberi arbitrij. Hoc aũt requirit mutabilitatem et peccabilitatẽ ⁊ posse tentari et hmõi. Et ideo rõnabiliter ad perfectũ hois pmittit eum esse peccasse peccabilẽ tentabilem ⁊ ad magnã sibi cessisset vtilitatẽ si tentatus vicisset ¶ Ad primũ dicendũ q̃ licet deus p̃sciret adam vincendũ. sciuit tamẽ q̃ natura sua erat ad hoc instituta vt foret per tentationes pmiata ⁊ ideo decuit eum permittere tentari vt ꝑture sua vteret quã frustra accepisset nisi ea vti potuisset Ad scdm q̃ mgr̃ senten. satis dicit q̃ magna satis sint sicut ptz p dicta. qz cum factus est vt p victoriã ad beatitudinẽ ꝓuenire ⁊ victoriam habere nõ posset nisi p pugnã. Preseruare eum a pugna. esset eũ impedire a victorijs ad quas fuit ordinatus ¶ Ad tertiũ q̃ hõ est ordinatus ad beatitudinẽ sic q̃ eam mereat declinando a malo ⁊ faciendo bonum vnde via cõmunis homini ꝓcessa est per victoriam tentationũ Vnde hec est neganda q̃ homo põt ita ꝓuenire ad attingere beatitudinem sine tentatiõe sicut cum tentatiõe In cui⁹ signum xp̃c ipemet tentatões sustinuit ab extrinsico tam demonib⁹ q̃z a mal⁹ hominib⁹ ¶ Ad quartũ dicendũ q̃ tentatio non est homi periculosa nisi velit vinci. sed est sibi necessaria ⁊ gloriosa ⁊ ideo a bono custode permitti debuit. Vñ aug⁹ sup p̃s. lx. Vita nostra in hac peregrinatione ⁊ profectus nostet per tentationem fit nec sibi quisq̃z innotescit nisi tentatus nec põt coronari nisi vicerit. nec potest vicere nisi certauerit. nec potest certare nisi inimicũ ⁊ tentationes habuerit Idem sup p̃s. lxi. Tantum permittit dyabolus tentare quantũ tibi pdest vt exercearis ⁊ proberis vt qui te nesciebas a teipo inueniaris. De ista materia loquit Ambros⁹ in quadam epla De⁹ oim ipe rector ac dñs cum oim angelorum milicia certamẽ tuũ exꝑectat tibiq̃z coneratur dyabolũ dimicanti parat eternitatis coronam Quam nobis cõcedat christus Amẽ.

Lectio. cxxvi.

AB hac vt recessit iniustus in ira sua per irã homicidij. fraternitas deperijt. ꝓpter qđ cum aqua ꝛc leret terrã sanauit iterũ sapientia p tõtemptibile lignum iustum gubernans. ¶ Postq̃z salomon declarauit gubernationem tam vtilẽ q̃z mirabilẽ quã exercuit sapientia increata circa p̃sonã ipius ade quẽ mirabiliter in agro damasceno creauit ⁊ in paradiso venerabiliter collocauit ⁊ a pctõ finaliter liberauit. hic p̃sequit ꝺ sapie gubernatione quã fecit circa p̃sonã ipsius Noe. ¶ Ubi sciendũ q̃ sicut scribit Gen. vi. Tempore noe tanta fuit hoim malicia q̃ ois caro corruperat viã suã. ordinauit qz deus p diluuiũ dissipare totum genus humanũ ꝓceptis octo p̃sonis que fuerunt de familia Noe scz ipo noe cũ vxore sua ⁊ trib⁹ filijs suis dem. Hec ergo fuit vtilissima gubernatio qua sapia custodiuit Noe dans sibi ꝓceptũ de arca fabricanda In quã de singul⁹ spec⁹ animaliũ introduxit Sacrum est ergo diluuiũ vniuersale p⁹ duo milia sexcentos. lvi. ãnos ab origine mũdi ☞ A Et quia causa diluuij fuit multiplex malicia Layn et seminis sui Ideo spũs scrũs ordens quo sapia custodiuit noe tpe diluuij Lra incipit a primo peccato Layn qui ab illo primo peccato cõtinuauit malitiam per despatiõem ⁊ alioz pctõz multiplicatõem tam in se q̃z in filijs suis. donec p diluuiũ tota illa cognatio perijt ex integro preter octo ꝓsonas vt dictum est In hodierna lectõe duo fiunt. primo narrat Layn malitiosa transgressio Secdo Noe gloriosa liberatio Secũda ps ibi Propter qđ Dicit ergo primo sic Ab hac vt recessit iniustus in ira. id est postq̃z recessit Layn ab hac id est sapia iniustus in ira sua id est per irã suaz qua voluit interficere fratrem suum p̃ iram homicidij Fraternitas deperijt id est cessauit esse fraternitas. qz destructo vno relatiuorum destruitur ⁊ reliquũ. Nec plures adhuc fratres fuerũt ⁊ ideo mortuo abel fraternitas

tota fuit destructa Uel p iram homicidij fraternitas deperijt. i. amor z gratitudo q̄ inter frēs dñt inueniri Et bñ dicit qz Cain recedēdo a sapia incurrit homicidiū prius eē in ordine nature hō dimittit deū z recedit ab eo q̄ ds recedit ab eo p gr̄am Prius eē in ordine nature hō peccat q̄ puat gr̄a licz sil' tpe Uñ Bern. dulcis iesus p̄mus est in accessu z vltimus in recessu Job. xxi. ¶ De pctoribꝫ dz Dixerūt dō rēcede a nobis. sciaz viaz tuaz nolumꝰ ¶ Scdo i ista lectōe narrat gl'osa libatō ipi Noe de diluuio generali. Et q̄tum ad hoc dicit sic ppter qd scz pcm Cayn z posteriorꝫ suoꝝ tam imitatōe q̄ generatōe Bern. vi. Corrupta est terra corā dño z repleta ē iniq̄tate cū aqua deleret terrā. i. cū aqua diluuij deleret hoies z bestias in terra habitātes. Iterū sapia q̄ ds ē sanauit lauādo genus humanū gubernās iustū Noe scz Benes. Noe vir iustus atqz pfectus in generationib⁹ suis De isto Noe dicit Aresto. libro de pomo vbi dicit q̄ omnes hoies in hoc erabāt q̄ stellas adoraue runt z coꝛpa celestia vsqz ad aduentū Noe Per cōtemptibile lignū. i. p arcaz d lignis fabricatā Ben. vi. Fac tibi arcam d lignis leuigatis. i. pollutis Et dz arca p temptibile lignū qz forte iudicio nautaꝝ figura arche fuit valde rudis ¶ Circa istā liberationem Noe notāda sunt tria Primo de diluuij cā Scdo de ei⁹ duratōe vel moza Tercio de arca Quantū ad cām est sciendū q̄ materia omnis pluuie est vapoꝛ eleuatus a terra zaq̄ virtute solis q̄ vapoꝛ p calorē solis īmissuz sibi. ascendit vsqz ad locū frigidū vbi frig⁹ occurrens subintrat nubē z p densaki aquā Uñ q̄n multi vapoꝛes eleuant quos calor solis non sufficit desiccare z in materiā dirigerere in aere tūc fiūt multe pluuie. sic ptz in hyeme. Quādo aūt calor solis est fortis et vapoꝛes eleuatos sufficit desiccare et in aerem degerere. tūc fiūt pauce pluuie. sicut patet in estate ☞ a Dicendū est q̄ q̄ cā pncipalis effectiua diluuij fuit deus volēs punire pctā generis hūani Cā instrumēta/lis effectiua. sol. Causa dispositiua re/me res multi eleuati de terra z aquis sic alia/rū pluuiaꝝ fm Aresto. ij. metheoꝝ Qua/liter vero peccata creuerunt et malicia hominū multiplicata est super terram narrat Metodius martir magis in spēali q̄ moyses Ben. vi: Dicit ergo q̄ quigētesimo anno p̄me cicladis. i. p̄mi millenarij mundi. filij Cayn abutebant vxorib⁹ fratꝝ suoꝝ nimis fornicationib⁹ Sexcētesimo vo āno mulieres in vesaniaz verse supgresse viris abutebant. quingentesimo aūt anno secūde cicladis iarserūt hoies in alterutꝝ coeūtes Septingentesimo filij Seth cōcupierunt filias Cayn z ab eis orti sunt gigātes quāuis etiā ante hoc gigātes fuerūt fm beatuz Augu. xv. de ciui. dei. p̄hibuerat aūt Adā Seth z filijs suis q̄ nō cohabitarēt nec matrimonia copularēt cū stirpe Cayn. vñ filij Cayn habitauerūt in oriente in mōte Corban Filij vero Seth habitauerūt circa damascū Tenuit aūt ista p̄hibitō viuēte adā. quo mortuo filij Seth contra p̄hibitōem patris ꝯiunxerūt se filiab⁹ Cayn ppter earū pulcritudinē z se totaliter libidini mancipauerūt ppter quod diluuiū inundauit. ☞ B ¶ Secundo de moza siue duratione diluuij est sciendū q̄ eodem die anno reuoluto quo Noe ingressus est arcam eodē die egressus est. Tercio de arca sciendū q̄ erat in fundo q̄drāgularis forme z nō quadrata. sed altera pte lōgioꝛ cui⁹ longitudo fuit. ccc. cubitoꝝ. latitudo. xl. altitudo: xxx. fund⁹ ab angulis in arcū ascēdebat z sūmitas ei⁹ in cubito ꝯsūmabat In latere vo iuxta fundū habuit ostiū per qd̄ hoies z aīalia ingrediebant z cum ingressi essent dns clausit illud a foris z versus sūmitatē hūit fenestram quā hebrei dicūt fuisse cristallinā In ipa vero arca fuerunt quinq̄ distinctiones scdm Strabū. sex vero scdm Augustinū Ponit em Augustinus q̄ in media/te supra fundū habuit quod dā spaciū vacuum sicut in nauibus contingit. quod spaciū dicebatur sētina z supra illud fuit vnū tabulatum et illud scdm tabulatum et tūc supra illud tectum. Spacium ergo imme/diatum sub tecto diuisit Augustinus in tres partes Spacium sub illo in duas partes. z sic scdm Augustinū quilibet cameras habuit Tres superiores due inferiores: de tribus cameris superioꝛib⁹ media fuit hominū. laterales alia initiū auiū: alia initiuz aīalium. De duabus cameris inferioꝛib⁹

altera fuit appotecarea in qua ponebantur cibaria ad esum hoim ⁊ aialiū Alia diceba tur stercoraria Ostiū vero ponunt vbi bi camerata ⁊ tricamerata iungebantur Alij istas cameras quinq; in altitudine dispo nunt ascendendo. dicentes infimā esse sen tinā Secundam apotecariam Terciā initi tium animaliū Quartā initium auiū Qui tam homūn Et isti ponūt ostiū in iunctu ra inter apotecariā et initium animaliū. Sed de hac materia non plus ad pns cum textus videtur esse contra vtroq; de colla tione ostij Gen. vi. Ostium arche facies in latere deorsum. ¶ Recessit iniustus in ira sua Notandū q ira facit iniuriam deo. pri mo ⁊ subiecto ppio Subtrahit enim deo effectum sue potētie. primo affectum debi te benuolentie. ppio subiecto aspectū ra tionis et intelligentie Primo ergo subtra hit deo effectum sue potētie. cōuenit enim deo ratione sue potentie culpas iudiciali ter vindicare. bonos specialiter inhabitare et eis liberaliter sua bona legare. Sed con tra ista iniuriatur iracundus deo in omib⁹ primo aufert a deo vindictā quia ira est de ordinatus appetitus vindicte Et deus di cit Mihi vindictā et ego retribuā Ro:xij. Et deutro. xxxij. Mea est vltio ⁊ ego retri buam Deus em duo sibi retinuit gloriā et vindictam alteꝛ superbus aufert ⁊ alterū iracundus Isa. xlviij. Gloriam meā alteri non dabo Secundo iracūdus deo iniuria tur qꝛ expellit eum a quiete sue habitatōis ps. Et factus est in pace locus eius Ira au tē turbat pacē ⁊ destruit. puerbio. xv: Vir iracundus prouocat rixas Et domū que to ta die moueretur ⁊ tremeret nullus magn⁹ dominus libenter inhabitaret. ¶ Tercio deo iniuriatur impediendo ne legatum dei possit stare Legauit em deus pacē homini bus Joh. xiiij. Pacem relinquo vobis pa cem meam do vobis et ideo iracundus tan quā excōmunicatus est euitandus Prouer bioꝛ. xxij. Noli esse amicus homini iracun do neq; ambules cum viro furioso. Secū do principaliter ira subtrahit proximo af fectum debite benuolentie Teneor em p ximi saluare substantiam famam et perso nam et contra ista tria compellit ira ad no cendum proximo in substantia depredādo

In fama diffamando ⁊ in persona trucidā do Ecclesiastici. xxviij. Ira et furoꝛ vtraq; execrabilia Quia Ecci. xxviij. Obiurgatio et ira annihilabunt substantiā Dicit Aret. ij. de animalibus q apis cum ejcit aculeū moꝛitur Et ita est moꝛaliter de iracūdo et appetitiuo vindicte Dum enim exercet ma liciam suam contra proximū verbo vel ope re ledendo in substantia persona vel fama primū interficit spiritualiter semetipsum. Job. v. Virum stultum interficit iracūdia ¶ Tercio ira subiecto ppio subtrahit tria bona. Primo namq; destruit honestatem coꝛporalis dispositionis. Secundo impe dit potestatem naturalis rationis. Et ter cio minuit quantitatē vitalis duratiōnis. ¶ Primo ergo destruit honestatem coꝛpo ralis dispositionis. Quantumcunq; enim persona sit pulcra ira tamen subuertit ocu los. gene fiunt nimis rubee vel nimis palli de. gestus est tremulus. lingua celspitat et totus homo dehonestatur De isto loquitur Seneca. ij. de ira. nihil eque pꝛofuit iratis sicut intueri deforꝛmitatem rei sꝛre. nam in ea facies turbatioꝛ oꝛa pulcꝛrima fedat toꝛuos vultus et tranquillissimis reddit. linquit decoꝛ omnis. iratos Et sequit. qua lem putas esse animū cui⁹ ymago tā feda ē tō dicit quidā pḥus q iratis pfuit aspec tū se speculū vt ymago repcussa oñderet hoī suā deforꝛmitatē Dec Seneca Idē. ij. li. d ira. nulla facies fere quantūlibꝛ agitet. ē ira turpis sicut hoīs ira flagrantis Narrāt fa bule q minerua aliqñ delectata ē in musica tybiaꝝ Cū g semel insuf flaret tybias iuxta quendā fluuiū vidit guttas turpiter tume scentes ⁊ stari fistulas suas piecit Miner ua est dea sapiēr sapiētes interdū fūt indig nātis nature Eccs. p. In multa sapia mlta est indignatio. Contingit g q sapiēs aliqs qñq; p motū iracūdie tangit. sed statim si est sapiēs cōsiderat indecentiā sui status et aliqs sibi cauet Secūdo impedit potestatē naturalis rationis Juxta illud Lath. Im pedit ira animum ne possit cernere verum Et ideo dyabolus facit sicut asturus pisca tor quando vult faciliter decipere pisces, turbat aquam et tunc est securus q pisces non poterunt preuidere rethe suum. Eo dē modo dyabolus facit in congregatione

quacunqz.immittit turbatõem per aliquẽ iracundum in totam cõgregatõem et tunc ducit eos ad peccata ꝛ malicias excogitandas sicut sibi placet et totam cõgregatõem reddit turbatã Dicit Aresto.v.topi.q ira sebilis non imperat rationali nisi cum fuerit puersa aĩa homis ꝛ ita est qñ puersa fuerit aĩa ira dñat et nunqz alias Dicit etiaz Aresto.p.elencoꝝ.q ista est cautela specialis sophiste vt videlicet socium suuz prouocet ad iraz.quia impedit ira animũ ꝛc Iste sophista est dyabolus Eccĩ.xxxvij. Qui sophistice loquitur odibilis est. Item dicit Aresto.libro.p. de animalibus q ista tria diũgũtur.ira.insipientia.ꝛ indocilitas Et ponit exemplum de aproagresti. Et ira est moraliter. iracũdus nunqz bene docebitur Et ideo bene dicit. Eccĩ.vij. Ne velox sis ad irascendum quia ira in sinu stulti requiescit Tercio ira minuit quantitatem vitalis durationis. Animalia enim excessiue colerica sunt naturaliter breuis vite sicut patet de cane Et hoc est quod dicitur prime patet de cane Et hoc est quod dicitur Ecclesiastici.xxx. zelus ꝛ iracundia minuũt dies et ante tempus. senectutem adducũt Unde antiqui dixerunt iram esse breuem insaniam sm Senecã.tij. de ira. eque enim impotens est sui decoris oblita. Nec ergo ira precipue est cauenda que iniustũ Cayn fecit ꝛ quemlibet quem inuadit facit iniustum Juxta illud Jacobi.p. Ira eñ viri. dei iusticiam non operatur Unde ira merito comparatur cuidam gẽme que vocatur onix cui male ꝓpetates attribuuntur in lapidario Ad collum enim suspẽsa in egritudine. in somno lemures ꝛ tristia cuncta fingurat. multiplicat lites ꝛ cõmouet vndiqz rixas Nec gemma venit de india ꝛ arabia. nullam bonã virtutem vel paucas habens Et merito designat iracundiam: que ad nichil valet. sed sepe facit lemures. id est dyabolicas ymaginationes. quando irruit ĩ hominem ꝛ turbat cerebrum ꝛ commouet rixas ꝛ lites: prouerbioꝝ.xxvij. Graue est saxum ꝛ onerosa arena. sed ira stulti vtroqz grauior Unde Seneca tercio d̃ ira. assimilat iram pestilentie et dicit q sicut contra pestilentiaz nulla bona dispositio valet Ita nec contra iram aliqua compositio morum. sz tam bonos mores q̃ malos corrumpit ꝛ lacessit Sed tamen sic in lapidario. Dicitur contra maliciam predicte gemme. inuenit virtus alterius que vocatur Sardis. In cuius presentia nõ potest onix nocere Moraliter ista secũda gemma designat patientiam Prouerbioꝝ.xv. Respõsio mollis frãgit iram Et Seneca tercio de ira Si amicus est qui offendit. fecit quod voluit: Si inimicus. fecit quod debuit

Lectio.cxxvij.

HEc et in cõsensu superbie cum se nationes extulissent sciuit iustum et conseruauit sine querela deo. ꝛ in filijs misericordiã sortem custodiuit: ¶ Hec est tercia pars istius ꝑme partis huj⁹ capituli In qua ponitur cõmendatio specialis ipius sapientie ex gubernatõe persone. Abrae Et diuidit hec particula in duas partes Nam primo tangitur mirabilis elatio quorundã hominũ fatuorũ Secũdo narratur ipsius abrae approbatio in benedictione filiorum · Secunda pars ibi. Sciuit iustum ☞ A ¶ Circa ꝑmũ ẽ sciendũ q sicut narrat Philo. in libro questionũ sup genesim ꝛ narrat mgr̃ in historijs ex tribus filijs Noe Sem Cham ꝛ Japhet adhuc ipo Noe viuẽte nati sunt vigintiquattuor milia hominuz et centum preter mulieres ꝛ paruulos et habuerũt super se tres duces videlicz/ Nemroth super filios cham Jetram sup filios Sem/ ꝛ Suffene super filios Japhet. Hi ergo post obitum Noe mouerũt se ab oriente venerunt in campum Sennaar/ qui nũc est babilon ꝛ timentes diluuiũ qõ tpe noe fuerat/ ceperũt edificare turrim q ptingeret vsqz ad celos hoc ẽ valõ in altũ forte q aq̃ diluuij nõ ptingerẽt ad summitatẽ. Nõ ẽm credendũ eos tam fatuos fuisse q vsqz ad corp⁹ celeste intẽderent turrim facere/ quia iste Nemroth doct⁹ fuit a yonitho filio qrto noe sm methodiũ d̃ ortu regnoꝝ/ Et ille yonitus fuit astronomus magnus/ Et dic̃ de eo magister in historijs. q inuenit astronomiã Ceperũt ergo edificare turrim istã. habentes lateres p saxis ꝛ bitumẽ p cemento De⁹ vero animaduertit elatõnem hominũ

# Lectio

qui pterue ꝛ malicioſe dei notitiam ſe habe re negauerant Exo.v. Quis eſt dñs vt au diam vocem ei⁹ ꝛ dimittam iſrael Neſcio dñm et iſrael non dimittam Dō illi inquā ad dei recognitōem ꝛ cōfeſſionē p tormēta cogerent. Et ſic factum eſt Hā qñ ſenſerūt ſe torqueri diuinit⁹ nunc p mutatōem aq̄ rū in ſanguinē: nunc p ranas īmiſſas. nunc per alias octo plagas. reducti fuerūt ad re cognoſcendā diuinā virtutem Cñ viſo ter cio ſigno de cinifibꝫ dixerunt mal efici pha raonis. digit⁹ dei eſt hic Exo.viij.ꝛ.ix. Di xit et Pharao poſt plagā grādinis Pecca vi etiā ꝛ nunc dñs iuſt⁹. ego ꝛ ppl's me⁹ im pij. et Exo.xiiij. Fugiamus iſraelē. dñs ēm pugnat p eis cōtra nos Hoc dixerūt qñ fu erunt in mari rubro et dñs exercitū eoꝝ p cuſſit imbre fulmine ꝛ tonitruo īmediate anteq̄ mare redijt ſup eos. ꝛ hoc eſt qđ lra vult dicere. Cū ēm audirent ſupple egyp dñ. p ſua tormenta bene ſecū agi. i. iuſte agi rij eis: cōmemorati ſūt dñm id eſt recogno ſcētes ſe diuina virtute coꝛreptos dñm eē deum cōfeſſi ſunt admirātes in finē exitus id eſt de fine exitus iſrael de egipto In p̄s Fecit magnalia in egipto ꝛ mirabilia in ter rā cham. terribilia in mari rubro. Scdo p tormenta ꝛ flagella dei reducti fuerūt egy pty ad veneran dū moyſen dei p pherā quē p̄ius puulū ſubmerſiſſe volebant Exo.p. Et quantū ad hoc lra dicit ſic Quē ēm i ex poſitōe praua. qñ vicz de p̄cepto malicioſo regis egipti paruuli exponebant ad mortē et p̄ciebāt in flumē. p iectū moyſen deriſe runt. id eſt ↄtempti biliter abiecerunt In fi nem euent⁹ mirati ſūt. qñ vicz in tot plagꝫ et portentis p cuſſit egyptū ꝛ eduxit popu lum ſuum de egipto ꝛ vltra mare rubꝝ ſub merſo egiptioꝝ exercitu in eodē. nō ſil'r in ſtis faciens. Iſta lra debet referi ad textū lectōis p̄cedentis vbi dicit. Illos tanquā durus rex interrogans ↄdemnaſti nō ſimi liter iuſtis faciens. aliter non appareret cō gruitas in ſermone. et eſt ſēſus q̄ aliter pu nit iuſtos hebreos. aliter iniuſtos egipti os qz illos ad coꝛrectōem. hos ad damnati onē ſeu ↄdemnatōem vt in lectione p̄rece dente dictum fuit

Lectio.cxli.

PRo cogitatio
nibus inſenſatis iniq̄tates illo rū Dō quidā erꝛantes colebāt mutos ſerpentes ꝛ beſtias ſupuacuas. imi ſiſti illis multitudinē mutoꝝ anialiū in vi dictā vt ſcirent. qz p que peccat q̄s. p hec et torqueꝝ. ¶ Poſtq̄ Salomon deum gloꝛifi cando ꝛ magnificādo recitauit mirabilem af flictōem quā egiptijs intulit eos multi pliciter flagellando. In hac pte ait de eoꝝ culpa oñendo q̄ iuſte puniti ſunt ſm exi gentiā culpaꝝ ſuaꝝ Et circa hoc duo fiūt: Primo ↄiungit culpe pena. Scdo oſtendi tur ꝓportio debita inter ea ibi: Vt ſcirent Circa p̄mū duo facit. qz p̄mo ponit liberta tem peccādi in generali Scdo exp̄mit fatu itatē peccādi magis i ſpeciali Scda ps ibi Dō quidā erꝛātes ☞ H ¶ Circa p̄i mū dicit ſic. Pro cogitatōibꝫ aūt inſenſatꝫ iniq̄tates illoꝝ. q. d. Nulla ratōne p̄babili vl' tentatione carnali peccauerunt peccato ydolatrie. ſed oīno euanuerūt in cogitatio nibꝫ ꝛ obſcuratū eſt coꝛ eoꝝ inſipiens Roꝛ p̄. Sed qualiter in ſpāli ↄſequēter enarꝛat ſic Dō quidā erꝛātes colebāt mutos ſerpē tes. q. i. qz. Quidā erꝛauerūt vt egiptij et chananei qui ad ſuā damnatōez ydolatriā inuenerūt. erꝛātes erꝛoꝛe moꝝ inexcuſabili Prouer.xiiij. Erꝛāt qui opant malū Colebant mutos ſpentes. i. eſculapiū ſub ſpē ſer pentis ꝛ beſtias ſupuacuas. i. pictas l'ſcul ptas. vel ſupuacuas id ē inutiles ad vſum humanū. ſicut ſpentes ꝛ vermes. vel beſti as ſupuacuas. i. fictas ymagines beſtiarū: Colebant Jouē ſub ſpecie arietis. ꝛ mercu riū ſub ſpecie canis Vel ſicut dicit mgr in hiſtoꝛijs. ꝺpingebat iupiter capite aritino Mercuri⁹ capite canino. ꝛ cetere ptes vel fuerūt hūane effigies vel aliaꝝ beſtiaꝝ Jtē Jſi. viij. ethi. ca. vl. dicit q̄ Mercuri⁹ pin gebat cum capite canino ꝛ canis eſt aīal ſa gaciſſimū. ꝛ mercuri⁹ eſt ꝺs eloquētie Da buit etiā in capite ꝛ pedibꝫ alas ad deſignā dum volocitatē qua deferꝛ voꝛ p aera. Et qz ſic coluerūt ydola beſtiaꝝ. merito ꝛ p be ſtias puniti fuerūt. vñ ſubdit Immiſiſti il lis multitudinē aīaliū mutoꝝ ī vidictā vñ Raba. Dignū fuit vt qui creaturā p creato re venerabant. penā ſuſtinerent a creatura.

# Lectio

vnde opem querebāt Vñ merito subinfert q; p que quis peccat p hec t torquet. Exē pla aūt istam ꝓpoītōem verificātia hēmus in scriptura sacra ml'ta valde Goliath gla dio qui voluit occidisse Dauid occisus est p. Regū. xvij. Aman suspensus est in pati bulo qđ parauerat mardocheo Hester. vij Dtues epulo lingua cruciat⁹ est in qua pe nus fuerat voluptuose delectat⁹ Luce. xvi. Ezech. xxxv. Cū sanguine oderis. sanguis te psequet Math. xvi. Omis qui acceperit gladiū gladio pibit Apoc. xij. Qui in cap tiuitatem duxerit in captiuitatē ibit. et qui gladio occiderit oꝑtet eum gladio occidi. Isa. xxxij. ve qui pdaris nonne pdaberis Prouer. xi. Qui iebriat. ipe quoq; iebriat Abacuc. ij. Quia tu spoliasti gētes ml'tas spoliabunt te omēs qui reliqui fuerint de po pulis israel Samuel cōcidit Agag in frusta dicens. Sicut fecit absq; liberis ml'ieres gladius tu⁹ sic absq; liberis inter mulieres erit mater tua. p. Reg. xv. Sacerdotes falsi lapidati sunt iuste qui iniuste voluerūt lapidare Susannā Danie. xiij. Herodes in filijs suis punitus est. q filios alioꝝ innocenter trucidauerat Vñ sicut multos filijs orbauit. sic et ipe filijs miserabil'roꝝbatus est. sicut dicit mgr in historijs super euāgelia Narrat etiā Ouidi⁹ li. p. de arte amādi. duo ad ꝓpositū exempla. Primū e tale Contigit semel in egipto tanta siccitas q; p nouē annos nō fuerunt ibi imbres fuit aūt busiris nomie quidā potens t magnus tyrānus in illa terra. Accessit ergo ad istū busirim vel busiridē quidā nomie Thrasi⁹ et dixit sibi q; si effunderet sanguinē alicui⁹ hospitis ad eum venientis t sacrificaret eū Jouī. q; statim haberet iouez placatū t pluuiā in abundātia. sicut vtiq; expediret pro terra. Cui statim busiris rndit. Tu es hospes t tu fies Jouis hostia primus et egipto tu dabis hospes aquā. et eum Jouī sacrificauit ¶ Hec ōm exemplū e tale Phalaris quidā tyrānus fuit t rex sicilie qui noua tormenta excogitauit quibus hoies trucidarz ad istū accessit quidā nomie Perill⁹. Dne inquit ego facio tibi vnū boue ꝯcauū de ere et qñ volueris aliquē inter ficere. tūc pones illū in illo boue p fenestrā quā faciā in latere bouis, et tūc appones ignē t ipe clamante p dolore magno fiet mugitus mirabilis per instrumentū ereum Tyrānus sibi reg/tiabat pfecto igit instrumento Perillus accessit ad phalarī de tyrannū pnans eidez bouem ereū ꝯ cauū quē fecerat. q; viso Phalaris pmū oim iussit illū bouis artificez in bouem mitti t trucidari pena quā ipse excogitauit De istis duobus scribit Ouidius sic Justus vterq; fuit. nec enim lex equioꝝ vlla est. q; necꝫ artificē arte pire sua Igit p que quis peccat per hec et torquetur Isti sme ꝯcordat Anshelmus de conceptu virginali. ca. xiij. vbi inquit. Verum mēbris et sensib⁹ corpis sit imputandū peccatū Et rndit q; non. sed voluntati. q; si de actionibus inuolūtarijs que iniuste fiūt peccata quant mēbra. t sensus quibus fiūt peccata rndere pnt Deus nos t ptātem que in nobis est subiecit volūtati vt ad impū ei⁹ nō possumus nō mouere nos et facere qđ volt imo ipa mouet nos velut instrumenta suat facit opa que videmur facere Quidā dicit go faciūt imputandū est voluntati vt dicit Anthelm⁹. Sed tūc pōt aliquis mirari. quare sensus t mēbra puniunt p culpa voluntatis. exquo obediēdo volūtati seruāt legē eis a deo inditā. nec peccāt p ons. rndit Anshel. q; nō est sic. q; sic cū sola voluntas peccat sic sola volūtas punit Sicū peccat p sensus t mēbra ec p sensus t mēbra punitur Sicut inquit mēbris t sensib⁹ opātur. ita ipa in illis torquet aut delectabit Nihil em est penale. nisi qđ est ꝯtrarū voluntati

☞ b ¶ Circa illā clausulā Colebant serpentes est notandū sm Aug. vij. de ciui. dei. q; sicut in pctō pmi homis tres creature fuerūt. vir. mulier et serpes. ita in pctō actuali ista tria cōcurrūt. sensualitas ratio inferior. t ratio supior. ita q; sm cū sensualitas que suggerit tenet locū serpentis Istū ergo serpētē multi colūt. q; ea q; sālitas suggerit qi oēs hoies psequūtur ea q; carnis sunt sapiūt. De qbus dicit apls ad Philip. iij. Multi em ambulāt de quibus sepe dicebā vobis Nūc aūt flens dico inimicos crucis xpi. quoꝝ finis interit⁹. quoꝝ deus venter est Isti ergo moraliter colūt serpentem id est ventrē. et habet de⁹ iste diligens ministeriū t honorē assiduū. sicut vero ro fieri cōsuevit Habet em templū insolentie

altare affluentie ⁊ sabbatum somnolentie sacrificia supfluitatꝫ. oblatiões iniquitatꝫ et incensum voluptatis. sacerdotes laborioſos. ⁊ lectores mēdoſos. Primo ergo templū isti⁹ dei nephandi et turpissimi est taberna in qua cultores vēridiē ꝯmessatiōibꝫ ⁊ potationibꝫ ⁊ impudicitijs occupati De quo templo verificat illud .ij. Macha. vi. Templū luxuria et cōmessationibꝫ erat plenū .et scortantiū cum meretricibꝫ Non aūt solū a mane vsqz ad meridiē sed vsqz ad mediā noctem isti deo seruiūt. et verificat illud Apoc. vij. Seruierūt ei die ac nocte in templo eius. Et q̄s fructꝰ puenit eis inde Certe directissime ⁊ contrarium illius qđ intenditur. Nā p cibū. potū et ꝓpriꝫ semetipos occidunt Plures em̄ p cibum gladio fame vel peste. Un̄ semp̄ p̄mū qđ medicꝰ ꝓponit infirmo de stomacho est Scit em̄ q̄ coiter plus exnimia repletione q̄ ex maceratiōe infirmitates gignunt Sic ergo gulosi in templo in solēnitate qđ est taberna semetipos interficiūt duz deū suū colūt. In cuius figura Sēnacherib dū adoraret in templo deum suū a ꝓpriꝫ filijs est occisus Oga em̄ hoīs filij sui dicunt Juxta illud Eccī. xl. In filijs suis agnoscit vir Secūdo habet deus iste altare ef fluētie qđ est mensa sua De qua exponi pōt illd̄ ps. Fiat dyabolo sic̄ de aucupe Auceps em̄ vbi maiorem coptā cibi spargit. ibi laqueū suū abscondit. vt dum auis auidꝰ comedit. cernius capiat vel p pedē vel p collū vel totuz corpus rethi inuoluat Eodem modo intercat dyabolus laqueū gule vt excessiuos et voraces faciliter ꝓprehēdat Eccs. ix. Sic̄ ꝓprehenduntur aues laqueo, sic cōprehendū tur hoīes tempe malo cū eis exemplo supueneriṫ. Aliqui em̄ hoīes capiunt p caput q̄ forte ire pnt. sed neqz loqui. neqz sensibꝰ alijs bñ vti Aliqui p pedes. q̄ licet garrire valeant. incessu tñ p̄riuant. De hoc attendum verificat illud ps. Imponent sup altaria tua vitulos. Tercio habet ds iste sabbatū somnolētie Sabbatū id̄ē est qđ requiescit et certe cultores ventris cū in tēplo suo diu seruierint fatigati vino necesse habent pfunde dormire in crastino et tarde venire ad eccīam Joh. ix. Non est hic hō a deo q̄ sabbatū non custodit Quarto habet deus iste sacrificia supfluitatis que sunt diuersa fercula sumptuose ⁊ curiose parata que magis nocent nature q̄ pficiūt. q̄ paucis minimisqz natura cōtenta est. quāsi supfluis vrgere velis quidq̄d supeffuderis .aut iocundū fiet. aut noxiū. dicit Boeti⁹ de cōsola. Et Sene. Multos morbos mlta fercula fecerunt De istis sacrificijs dr Isa. p. Ne offeratis vltra sacrificiū frustra Quinto habet deus iste oblatiões iniq̄tatis. Iste oblatiões sunt scortatiões vel simbolisationes quas multo libentius faciunt in taberna q̄z faciāt oblatões i ecclesia Eccī. xxxiij. Immolātis ex iniquo oblatio est maculata Sexto iste deꝰ habet incēsum voluptatis. hoc est spēs. cōfectões ⁊ electuaria odorifera ⁊ palatū inflamātia. vt potus delectabiliter ingrediat De hoc incēso dicit ꝓpheta Isa. p. Incensū abominatio est mihi Septimo habz iste deus sacerdotes laboriosos hi sunt venatores. piscatores. pistores ⁊ coci. ceteriqz subseruientes quoz tota solicitudo est parare sacrificia deo suo vētri. In ps. Moyses et aaron in sacerdotibꝫ eius. Moyses interpretat assumptus de aquis et significat piscatores Aaron qui vitulos et arietes iugulauit. macellarios designat qui cmēs ꝯtinent sub arte coquinaria sicut frenefactiua sub militari. Octauo habet cātores luxuriosos q̄ cātilenas vocibꝰ effeminatis et gestu meretricio cum musicis istrumentis decantāt Isa. v. Ue qui ꝯsurgitis mane ad ebrietatem sectandā ⁊ potandū vsqz ad vesperā vt vino estuetis Citharaꝫ lyra ⁊ vinū in cōuiuijs vestris et opus dñi nō respicitis. Nono habet iste deꝰ suos lectores mēdosos. ⁊ histriones ioculatores et adulatores ⁊ cātatrices ⁊ richmoz factores. qui illo solo lucrant sibi victū. ij. Macha. ij. Omibus legentibꝰ vtilitas ꝯferat.

Lectio. cxlij

NOn enim impossibilis erat omipotens manꝰ tua. que creauit orbē terrarum

# Lectio

ex materia inuisa. imittere illis multitudi/
nẽ vrsoz aut audaces leones aut noui ge/
neris ira plenas z ignotas bestias aut vapo
rem igneũ spirãtes. aut odorẽ fumi pferen
tes, aut horrẽdas ab oculis scintillas emit
tentes. Quaz nõ solũ lesura poterat illos
exterminare. sed et aspectus p timorẽ occi/
dere. ¶ Postqz oñsum est q diuina iustitia
punit peccatores pportionabiliter sm exi/
gentiã pcõz qz p que qs peccat. p hec z toz
quet. In hac pte declarat q diuina potẽtia
nõ ad certũ gradũ puniẽdi est limitata. vñ
multo aliter posset tã egiptios qz chanane/
os puniuisse si sibi placuisset. Et circa hoc
tria fiũt. Nam primo declarat magnitudo
diuine potẽtie. Scõdo cõgruẽtia sue iustitie
Et tercio subinfert cõis ratõ vtriusqz. scõa
ps ibi. Sed omia in mẽsura. tercia ibi. mul
tũ em valere. ¶ Circa primũ duo declarant
Nã primo ondit q deus poterat ydolatras
egiptios aliter puniuisse mediante alia cre
atura Scõdo q potuit eos aliter puniuisse
imediate p seipm sine ministerio alteri9 cre
ature Scõa ps ibi Sed z sine his ☞ A
¶ Circa primũ pbat q deus potuit pecca/
tores p ministeriũ alicui9 creature duplici
ter in genere punire z occidere. qz vel p cre
aturas mõ creatas vel p nouas z inuisas
creaturas Hoc pbat sic Quia potẽtia dei ẽ
omnipotens z p cõsequẽs põt quicqd pos/
sibile est fieri. ergo deus potuit z põt pecca
tores affligere. vel creãdo noua genera be/
stiaz crudeliũ. qualiũ subseruientiũ mini/
sterio occidant pctõres. vel imittẽdo eis be/
stias horrẽdas tã creatas que ad petõz de/
structõem sufficerent multipl'r Qõ aũt ad
vtrũqz sufficiat dei potẽtia. pbat dupl'r. tũ
qz aliter nõ esset omipotens. tũ qz fecit qõ
plus est creãdo orbẽ terraz ex nihilo Hec ẽ
mia lr̃a. Dicit ergo sic. Non em impossibil'
erat omipotẽs manus tua impotẽs que cre
auit orbẽ terraz ex materia inuisa. ex mate
ria scz informi sm imaginatõem aliquoz uz
tam phoz qz sanctoz. imo antea illã mate/
riã creauit ex nihilo Nõ ergo erat impotẽs
illã manus imittere illis multitudinẽ vrso
rũ qui crudeles sunt z voraces. iij. Reg. ij
Egressi sunt duo vrsi de saltu z lacerauerũt
quadraginta duos pueros. Aut audaces
leones. iiij. Reg. xvij. Immisit illis leones
qui interficiebãt illos Aut noui generis ira
plenas z ignotas bestias quasi vastias a va
stando Utrũqz istoz solet homi timorẽ in/
cutere. vicz extraneitas et crudelitas Que
qñ bestia visa crudelis apparet z ignota. q
quidẽ bestie fozent. aut vaporẽ igneũ spiri
tes id est extra flãtes ad reprobos inflamã
dos. sicõ Behemoth dr Job. xli. Sternu
tatio eius splendor ignis Aut odorẽ fumi
pferentes putridũ z fetidũ quo pñr homes
suffocari. Aut horrendas ab oculis scintil
las emittentes que solo visu eos cõburerẽt
vel intoxicarẽt. sicut basiliscus. quaz scz bo
stiaz non solũ lesura poterat illos extermi/
nare id est extra terminos vite ponere qõ ẽ
destruere. sed et aspectus p timorẽ occide/
re Prouenit aũt timor non solũ ex visu ali
cui9 terribilis imo etiã ex ymaginatõe sola.
sicut fortis ymaginatõ casus facit qñqz bo
minẽ cadere Et ex istaz bestiaz septuplici
descriptiõe. notant septẽ genera pcõz capi
taliũ que quasi septẽ crudeles bestie nostin
uadũt. ¶ Per vrsum intelligit gulã. tũ qz
vrsus est aial voraz z in melle spãl' dele
ctat. tũ qz fetũ pducit informẽ. turpe. quia
tradũt naturales vrsam massã carnis pa/
ri sine lineamentis z partibz organicis or/
dinate distinctis. Sic gulosi z voracitati
diti in delectabilibus z dulcibz spãl' de
lectant. z quicqd operis faciũt carneũ dr.
ad carnis comodũ ordinat Uñ nihil a rali
bus part' nisi carnalitas Contra qs aplus
ad Ro. xiij. Carnis curã ne feceritis in de
sideriis ¶ Per leonẽ intelligit superbia qz leo
plus ceteris aialibz diligit dñari. Unde
Ambro. in examerõ de sexte diei ope Leo
nature sue ferocia superbit. aliaz feraz quasi
rex cõsortia dedignat. sed negz villa cifera
sociare se audet. cum eius vocis tantus sit
terzor naturaliter. vt eo rugiẽte cetera formi
dent Hec est regula oĩs superbi. qz aliq sibi
verent accedere. et dedignat se aliis sociare
ppter qõd extra superbiã dr signater Eccli. iij
Noli esse quasi leo in domo tua subuertẽs
domesticos tuos ☞ B ¶ Tercio per
bestiã ira plenã notat iracũdia. et hec figu/
rat p qõdam aial qõd apud Aresto. vocat
albane. ij. de aialibz. c. ij. Qõd est aial qõ/
dam magnitudine quasi cerui. qõd cõtra cõ
suetudinẽ omniũ alioz aialiũ habet sel in

aure simile felli hōmis in colore et est amarū val de causatiuū vehemētis ire ferocitatisq; Iracūdi ergo homies videnť habere fel in aure. qz ℞tucūqz se homo cōponat ad quiendū cū eis pacifice et honeste. et modeste loquat et rationabiliter. semp videt eis q̄ fiat eis aliqualis iniuria Un nihil perfecte placet eis. diu em portāt fel in aure. qz quidq̄d audiūt. in amaritudinē cōuertunt et fel illud est simile felli homis. qz omne illud qđ displicet. ratōib⁹ licet malis cōfutare et reprobare nituntť. Quoz cuilibet dici potest illud Actuū. viij. In felle em amaritudinis et obligatōe iniqtatis video te eē: Et de illis verificat illđ Deutro. xxxij: Fel draconū vinū eoz et venenū aspidū insanabile: Una eoz vua fellis. quasi diceret Totum est amarū qđ ab eis pueniat. siue vua siue botrus siue vinū. Quarto p bestiā ignotā designat accidia. Hō em pigricie datus non potest agnosci de facili Quia modo vult vnū modo aliud Prouer. xxi. Desideria occidūt pigrū. Ger Et puer: xxi. Uult et nō vult pigr. Et ista bestia figurat p asinū Un Boe. iij de cōsola. psa: iij. loquēs de accidioso dicit Segnis acstupidus torpet et asinū vivit. Et stat asinū aduerbialiter. et est sens⁹ Asinū viuit. i. viuit vt asinus vel ad modū asini Et est pprietas asini q̄ in anteriori parte est debilis et nihil pōt portare. sed ꝓsus retem posteriorē est satis fortis Un ibi cōmuniter ponit onus suū. Isto mō multi in uenium accidiosi nimis et asinini ad ea que sunt crucis et pñe siue religiōis sz ad opera carnis et lasciuie secularis satis sunt fortes Et de talib⁹ verificat illud qđ de dyabolo Job. xl. Fortitudo eius in lūbis eius. et virt⁹ ei⁹ in vmbilico ventris ei⁹ Et de tali pigro dat regula Eccī. xxxiij. Libaria et virgā onus asino. panis et disciplina et op⁹ seruo. ¶ Quinto p bestiā spiranť vaporē igneū notat luxuria. et hec figuratur p duos dracones qui in duob⁹ montibus armenie latitātes viā regiā intermedi am. tāta pestilētia infecerunt q̄ null⁹ p eam transire potuit q̄n subito mortuus ceciderat Aristo. lī. suo de pprietatib⁹ elementorū. q̄ socrates erecta sibi quadā altissima fabrica in loco nō multū distāte a mōtib⁹ per speculū factū de calibe deprehēdit. in q̄ speculo manifeste vidit illos duos dracoēs. vnū ex vno mōte et aliū ex alio vaporē emittere quo aer infect⁹ homines inter mōtes p viā regiam trāseuntes occidit Istud accidit tpe Philippi regis patris Alexādri magni sicut ibidē narrat Isti duo dracones in montib⁹ habitātes et vaporē igneū spirātes. duos status designāt in ecclesia dei. scz dños seculares. et ꝓlatos ecclesiasticos Isti hinc inde famā ferentē de publica voluptate et carnis lasciuia sic defedant terrā. q̄ simplices in via inferiori ambulātes p fetorē exēpli eoz penitus corrumpunť. laici adulteria publica sine cōfusiōe ꝓmittūt. clerici cōcubinas sustentāt notorie. et p istū vaporez emissū hinc inde totus ppl's inficit et allicit ad pctm Joel'. ij. Dabo pdigia in celo et in terra sanguinē et vaporē fumi Dabo inquit id est dari pmittā. pdigia. i. opera mōstruosa peccati. in celo id est in statu clericali. et in terra. i. in statu laicali sanguinē homicidij. ignē ꝓ cupie et vaporē luxurie. et ista i ecclesia primitiua mira fuissent pdigia. sz mō nō apparēt nobis mōstra ꝓpter cōsuetudinē. qz ita frequenter talia videmus et vidimus ꝓperrari. q̄ nec miramur videndo plātū lasciuū. nec ꝓiugatū adulterū Hic nec Balaā expauit ad vocem asine q̄uis monstruosum eēt. qz in exercēdo artē magicā et ad videndū mōstra fuit assuetus Dicut dicit mgr in hist⁹rijs sup. xx. c. Nūe. ¶ Sexto in odore fumi qui est naturaliter liuid⁹ designat inuidia Proprīū est em inuidi occultas detractōes. depauatōes. et diffamationes. quasi quendā liuidū fumū emittere. vt claritatē fame bonoruz denigret Hi sunt similes vulpib⁹ que naturaliter fetent et sunt bestie inhoneste. et p oppositū dicūt naturales. raxus est bestia honesta Cū em taxus parauerit sibi foueā cū labore. ꝓsiderat vulpes in absentia taxi cauce honestatē et volens taxū repellere. fetidū fimū suū corā ingressu fouee derelinquit. redit taxus et fetorē fimi vulpini abominās. domū suā ꝓrēuit et vulpi dimittit. et sic vulpes sibi cōquirit hospicīū non laborioše sed potius cautelose Isto mō nōnunq̄ faciūt inuidi ō viris bonis. ꝓsiderāt em eos habere status vl' officia dignitatū fm q̄ merita sua requirūt

nuident eis statim ꝛ statui eoꝝ .ꝛ quo possent eos talibꝫ officijs spoliare recogitat et nō occurrit nisi vna via Sciūt em̄ virtuosos teneros esse de fama sua ꝛ malle ꝑ conseruatōe fame sue magnū statū dimittere. q̄z cū infamia ꝛ alioꝝ obsequijs occupare. emittūt ergo fetentē fimū sue detractionis et susurratiōis ꝯtra eos .ꝛ sic quos nō valuerūt virtute repellere. vi ꝛ iniuriosa iudicia cedere sibi cogunt De isto fimo iudice quo viri nobilissimi ꝑ inuidos obscurant. exponi pōt illud Apoc. ix. Ascēdit fumus putei sicut fum⁹ fornacis magne ꝛ obscuratus est aer de fumo putei ☞ D Septimo ꝑ bestiā ab ocul' scintillā emittentē designat cōcupia oculoꝝ Ignis em̄ crescit i infinitū ꝑ appositōem cōbustibiliū sicut dr. ij. de aia. ꝛ puer. xxx. Ignis nunq̄z dicit sufficit Et Ar resto. ꝑ .politi. dic̄ q cōcupia crescit in infinitū Nozaliter loquēdo. cupidi scintillas emittūt. q̄z quidq̄d viderint q̄cūcunq̄z satis hnt cōcupiscunt. Scintille ignee sunt afflictiones cōcupie ꝛ desideria plura adquirendi. Nec cōcupia figurat ꝑ catū qui oculos habet igneos ꝛ scintillantes Un̄ fm papiā Catat grece idē est q videt latine. ꝛ inde dr catus q̄z videt i nocte sicut in die Nā ipe sagaciter venat predam suā in tenebris. sicut in luce Isto mō moraliter prudētes hui⁹ seculi venant de luce. venant in tenebris. venant i curia clericali. in curia laicali. a dextris ꝛ a sinistris. iuste et iniuste De tali quolibet verificat illd Job. xx viij. Omne pciosum vidit oculus eius Et Eccl. ꝑ dr Nō satiat oculus visu nec auris implet auditu Eccs. i iij. Laborare nō cessat ꝛ non satiant oculi eius diuitijs Et per oppositū dicit ps. Nō ꝓponebā añ oculos meos rem iniustā. Nec sunt septē vicia capitalia per septē capita draconis significata ꝛ designata Apoc. xij. Ecce draco magnus ꝛ rufus ꝛ hns capita septē ꝛ cornua decem. que septē vicia per septē dona spirit⁹ sancti expugnare debemus

Lectio. cxliij

Dam ꝛ sine bis uno spū poterāt occidi persecutionē passi ab ipis factis suis. et dispersi per sp̄m virtutis tue. sed oia in mēsura ꝛ numero ꝛ pōdere dispositi. multū em̄ valere tibi soli supererat semp ꝛ virtuti brachij tui quis resistet Nam tanq̄z momētū statere. sic est ante te orbis terraꝝ et tanquā gutta roris antelucani qui descēdit in terrā ¶ Postq̄z declaratū ē q̄ deus potuit aliter puniuisse egiptios q̄s fec. q̄z potuit voluisse in eoꝝ supplicio multiplici misterio mirabilis creature vtpote bestijs seuis. ꝛ creatis q̄z creabilibꝫ q̄ eos extermiassent ostēno In hac parte declarat q etiā sine quocūq̄z misterio creaturarū potuisset hoc per se et imediate ꝓpria ꝑtute Und ab hoc loco vsq̄z ad finē capituli declarat quō deus regit omia. ꝛ spēaliter naturā humanā miscēdo potentiā suā cū sua misericordia. et hoc facit alternatim sicut in lra satis docet. ☞ A ¶ Quantū ad ꝑmum dicit sic. Nā ꝛ sine his ꝛc. q. d. placuit tibi egiptios per infirmas bestias affligere sic̄ per cynophes. muscas: ranas. potuisti tm̄ p vilos ꝛ leōes ꝛ bestias iuisas occidisse si tibi placuisset. et nō solum hoc Nā p etiā sine bis talibus seꝝ bestijs creabilibꝫ vel creatis. vno spū id ē vna inflūōe tue volūtatis perarans occidi⁹ persecutōem id est diuinā vltionem passi ab ipis factis suis id ē merito factoꝝ suoꝝ. ꝛ dispersi id est resolutū elemēta per sp̄m id ē tuā ꝓtutis tue. Ex quibꝫ patz q̄ deus posses de tua infinita potētia. isz clemētia regl'atus nō exeqris vlciscēdo potentiā absolutā sed potentiā magis per clementiā limitatā Quia omia in mensura ꝛ nūero ꝛ pondere dispositi. Hāc auctoritatē exponit Aug⁹. super Gen. ad lr̄am. ca. vij. Fateamur inquit deū oia in mēsura ꝛ nūero ꝛ pondere dispositisse. tanq̄z victū esset. Ita dispositā sunt omia vt habeāt ꝓprias mensuras suas ꝛ ꝓprios numeros ꝛ ꝓprios pondus· que in eis ꝑ sui cuiusq̄z mutabilitate mutare nō augmētis et diminutōibꝫ multitudine et paucitate. leuitate et grauitate fm dispositōem dei. Secdm istā expositōz est in illa ꝓpositōe distributio accōmoda rētū ꝑ generabilibꝫ et coꝛruptibilibus q̄ solā augent et diminuunt et grauitatē aut leuitatē hnt Generali⁹ tm̄ pōt sic exponi. ꝓmaginemur q a deo cūcta ꝓcedāt. sicut numeri ab vnitate. et vnaquaeq̄z spēs vniuersi certū gradū teneat fm̄ distantiā a ꝓma causa

rerū Et sic videt loqui Aresto. viij. meta. Ubi dicit q forme rerū se hnt sicut numeri. z sic inueniemus q oīs res est in nūero. i. in distātia certa a ō. mō quilibz numerus certā habet distantiā ad vnitatē Itē oīs res est i mensura. qz oīs res creata est finite z limitate pfectōis tā in essentia qz ūn potentia agendi Tercio oīs res creata habz suū pō dus. i. naturalē appetitū ad aliq̄d in q̄ sua natura saluat z pficit. sicut creatura rōnal' naturalr appetit beatitudinem. et creatura corpalis locū sibi ꝺueniētē Sed magz ad ꝓpositū sic exponit Tu dñe poteras quidez ꝓ potentiā pctōres z ydolatras multiplici ter afflixisse. imo ānihilasse sic eas de nihilo ꝓduxisti z verū ē q ꝓ quolibz pctō posses maximā penā infligere. qz nulla pena pt adequari pctō qntūcunqz sit magna. tu tn dotis. z nūero tue sctē discretōis a pōdere rec tē penā sibi determinarēt. Ratio aūt q̄re sic do potētie z bonitatz tue Nā exq̄ potes oīa et es sūme bonus. bonitas tua disposuit oīa sicut ea decet disponi Et hoc est qđ subdit. Mrtū em valere. i. posse tibi soli superat. i. abūdanter erat. qz infinite sp etiā antequā mūdus eēt. z q̄d mirū potentia actiua quā nulla resistētia impedit operat sine difficultate sed talis est potētia dei. ꝯ sine difficultate facere pōt quidq̄d vult. Et hoc est qđ subdit Virtuti brachij tui quis resistet. q. si diceret. nullus. qz nihil pōt tibi resistere Et hoc pulcre ꝓbat Boeti⁹. iij. ꝺ. ꝺso. psa. xij. Nihil seruās naturā deo ꝺtraire conat. vide ibi Et pōt colligi rō sic. Oīa appetūt bonū ꝓ naturā. ergo nihil ꝺtrariat bono ꝓ naturā. ꝺs est summū bonū. ideo deo nihil seruās naturā ꝺtriat. ☞ a Exq̄ āt nihil posset deo resistere ꝓbat ꝓpando naturā ad duo in quib⁹ modica resistentia repit Primū est momentū statere. i. lingua statere. lia em statere qñ pēdicula sunt eqlia et in eis equalia pōdera apposita ceteris paribz stat erecta ꝓpendiculariter Sed quātūcūqz modicū grauitatz apponat statim recedit a situ suo z facit nutū sine quacūqz resistentia Isto modo oīs creatura est in manu dei q̄ si deus voluerit eā ānihilare nulla resistentia potest esse. et hoc est qđ dicit qm tā quā momentū statere. sic ē añ te oīs terra rū Scđm exemplū ad qđ ꝓ para ꝺ instabilitas hūana est gutta roris añ lucani Ros antelucan⁹ est ros generatus añ ortū solis in matutino Et dicit antelucan⁹ id est añ ortū solis exns Et declinat antelucanus. nanū. Ros autē talis oriente sole. statim desiccat z a terra absorbet. z hoc est qđ subditur tanqz gutta roris antelucani q̄ descēdit in terrā Et hec est sententia littere. Quia oīa deus disposuit in mensura z numero z ponere Conueniēs est nobis et necessarium q̄ omia nostra in mensura numero et ponere disponamus. quia nisi hec fecerimus. vitam nostrā non poterimus ordinare ꝺ tuose. In figurā cuius legimus. iiij. Esdre. iiij versus principiū. q̄ angelus ad Esdrā missus dixit sic. tres vias missus sum tibi dicere. z tres similitudines ostendere coram te vade pondera mihi pondus ignis. aut mēsura mihi flatum venti. aut revoca diē que preterijt. quasi diceret pondera penā infernalis acerbitatis. mensura flatū tempalis vanitatis. revoca hoc est numera reatum ꝓ prie prauitatis Igit iuxta litterā lectionis mensuremus. numerem⁹. et ponderemus. Mensuremus mundane glorie leuitatem presentis trāsitus breuitatē. future vite iocunditatē Et cum sic mensurauerimus. nu meremus quot recepimus diuina munera quot cōmisimus horrenda crimia: quot omisimus concessa tempora Et cum sic nūerauim⁹. pōderemus quantū debuim⁹. qz in grati fuerim⁹. quidq̄d meruim⁹ Et oīa nostra in mēsura nūero z pondere disponam⁹ Si mēsurem⁹ mundane glorie leuitatē videbimus q ipa est paz appreciāda Unde Aug⁹. sup ps. cxix Inanis est gloria hui⁹ seculi. fallax est suauitas z infructuosus labor z ꝓpetu⁹ timor z periculosa sublimitas Initiū sine prudētia. finis cū pena Dāc vanitatē mēsurauerat rex ille. de q̄ valeri⁹. li. vij. c. ij. Rex inq̄t ille subtilis iudicij quē ferūt traditū sibi ꝺ yadema ꝓ suq̄ capitis ꝓponeret. retentū diu ꝺ sibi asse z dixisse. onerabilē magz qz felicē pānū. quē si qs penit⁹ agnoscat qz miltis solicitudinib⁹ z picul' z miseriis sit refert⁹. ne humi q̄dē iacētē tollē velit. ergo si fm vez valorē mēsuraret gloria

# Lectio

tpalis pua fozet. vt merito dicāt boni rpiani illud. ij: Lozin. x. Nos non in mensū gloriamur sed fm mensurā regule quā mēsus est nobis ds Ista g regula ē scia bn ordinata. ij. Lozin. p. Glia nra hec ē testimoniū cōscie nre: Scdo si mensurem⁹ pnt trāsitus breuitatē videbit modica vel nulla ps. Ecce mensurabiles posuisti dies meos t substātia mea tc. Istaz breuitatē vite cōsiderauit Xerxes rex. tc. Itē ille q Alexādro suadēte. rex nullo mō fieri voluit In isti⁹ tñ tpis breuitate tria magna negocia nos optz seruare. vicz obedientiā pceptoz. pniam pctōrū. et beniuolentiā primoz In cui⁹ figurā Apoc. xxi. q angel⁹ q muros ciuitatis hierusalē mēsurauit habuit mensurā arundineā t mensus est muros eius. cxliij. cubitorū Alia nra est moralr ciuitas dei sūmi in q p gram inhabitare dignat. Murus ei⁹ est corpus coruptibile Istos muros mēsurare debet hō seu rō. replicādo q tidie vite breuitatē t mortz vicitatē. sic tñ mēsuret q habeat cxliij. cubitos In cētenario obedia pcepto rū designat. decies ei decē faciūt cētū. Nos g si q nqz sensus exteriozes t q nqz interiores reducam⁹ ad decē pcepta decalogi. decem multiplicam⁹ p decē. t ad cētenariū obedie pceptoz pueni m⁹. t sic in centū ānis edificamus arca q saluamur a diluuio hui⁹ vite Gen. vi. Sz debz hre mur⁹ corpis nri. cxliij. cubitos qz nō solū optet nos hre obedētia pceptoz sed etiā pniam pctōz. qz i multis offendim⁹ oēs. Et si dixerim⁹ qz pctm nō hēmus nosipos seducim⁹ Nec aūt pnia in nūero quadragenario designat Prouerb aūt ex ductu q̄ternarij in decē Iste em nūerus est nūer⁹ pnie ꝯsecratus ab eccia Unō in q̄dragesima oēs rpiani ieiunijs t opibus pnie indulgent Et merito q̄dragenari⁹ est nūerus pnie ꝯsecratus Si em oēs ptes aliquotas ip̄i⁹ q̄dragenarij capiam⁹. faciēt p. ise. l. Un. xl. est numer⁹ superabūdās Verbi gra. i. ij. iiij: v. viij. x. xx. nō habet ptes p tes aliquotas t iste ꝯ plēt. l. Quinq̄genari⁹ vero ē nūerus gre t remissiōis fm quē cōputat ānus iubileus in lege iudeoz. In signū g q p sacramentū pnie ꝯ sequimur pfectaz remissionē pctōz. q̄dragenari⁹ nūerus cui⁹ ptes aliquote faciūt. l. qui est numer⁹ rmissionis pnie cōsecrat Sic ergo mēsurabim⁹ murū nrm q habeat. cxliij. cubitos t ipe talis numer⁹ cōposit⁹. est numer⁹ hūane saluti ō putat⁹ In cui⁹ figurā Joh. vidit. cxl iiij. milia signatos Apoc. vij. Et. cxliij. milia virgines agnū sequentes Apoca. xiiij. Tercio si mensuremus future vite iocunditatē recolligendo q beatitudis future gaudia recipiem⁹ p mōetaneis meritz in presenti. nō inueniem⁹ mensurā p mensura. q: p:c miabimur vltra. sed inueniem⁹ verificarā qō scribit Lu. vi. Mensurā bonā t conferta t coagitatā t supefluētē dabūt in sinu vrm Cū g sic disposuerim⁹ nos in mensura restat disponere nos in numero. Numerem⁹ g p mo q̄t recepim⁹ diuina munera. et inueniemus infinita q nūerari non pnt Primo nos creauit ad suā silitudinē. p nobis celū t terrā t oia mirabilia q ne celi ambitu cōtinent Gen. xv Suspice celū et numera stellas si potes Job: xi. Facimagna et inscrutabilia t mirabilia q rū nō ē nūerus Scdo numerem⁹ quor cōmissim⁹ peccata crimia. et itez inueniem⁹ infinita In ps Delicta q̄s intelligit Job. xxij Propter magnitudinē iniq̄tates tuas t infinitas iniq̄tates tuas licia tua plurima t infinitas est numerus Et Eccs: p. Stultoz infinit⁹ est numerus Tercio inueniemus q̄ tamisim⁹ cōcessa pa et inueniemus infinita Eccs. xvij. Numerū diez l tps dedit illi. l. ad bn opand. t ad penitendū ō pctis Sed Job. xxiij. scribit Dedit illi locū pnie t ipe abutit eo in superbia Cū sic nos disposuerimus in mēsura t nūero. ponamus etiā nos in pōdere. Prio ponderem⁹ q̄tū dem⁹ pser tim ꝓpter beneficiū incarnatois ex q nata nra cū dina nata eōicatoz cepit hre. Ecci. iij. Pōdus sup se tollat qui honestioz i se cōmunicat Secūdo ponderemus q ingrati fuimus. et ingratitudinis nostre pondera deponamus. iuxta cōsiliū Apl i ad Heb. xij. Deponamus omē pōdus te circūstās nos peccatū. p patientiam curramus ad ꝓpositū nobis certamen Tercio ponderemus quid q̄d meremur q: totū siue bonū siue malū in iudiciū ducet Isa: xxviij: Ponā iudiciū in pondere t iusticiā in mēsura Et sic disponam⁹ nos i mēsura. nūero t pōdere Mēsurem⁹ g mūdane glozie vanitatē et leuitatē Mēsurem⁹ rem⁹ pntis trāsit⁹ breuitatez Mensurem⁹ future vite iocunditatē Et cū mēsurauer

mus numerem⁹ q̄t recepimus diuina mũ/
ra.nũerem⁹ q̄t ꝯmisim⁹ horrẽda crimina.
nũerem⁹ q̄t omisim⁹ ꝯcessa tpa Et cum sic
derem⁹ q̄tum ingrati fuim⁹.põderem⁹ q̄d
q̄d meruim⁹. Et sic oia nra in mẽsura nũ/
ror põdere dispouam⁹ Lectõ.cxliiij.

# Sed tu misereris

oim q̃m omia potes t dissimulas pctã
hoim ppter pniaz Diligis ei oia q̃ sunt t ni
hil odisti eoz q̃ fecisti nec em odies aliquid
ꝯstituisti aut fecisti. ¶ Postq̃z oñsum est q
deus gubernat vniuersã creaturã p poten/
tiã cui nihil põt resistere Dic oñdit q eã ad
mistrat p beniuolentiam cui nulla creatura
põt satisfacere. Et circa h̃ duo facit. nã pri
mo oñdit q ds oẽm creaturã p beniuolen/
tiã t amorẽ libere ꝯstituit t creauit a pnci/
pio Scdo q oẽm creaturã libere ꝯseruat t
ꝯtinuat in eẽ suo p sue volũtatis arbitrio.
fit. ¶ A Circa pmũ tria facit Primo
oñdit q mia dei ẽ generalis ad oẽm creatu
rã vniuersal r Scdo q ẽ mirabilis circa ho
mines spẽal r Tercõ pbat deũ diligere quid
q̄d pduxit tpal r Scdã ps ibi Et dissimulas
pctã Et tercia ibi Diligis em oia. Diẽ q̄p/
si.d. Licet tot⁹ orbis terraz sit tãq̃z momẽ
tũ statere añ te. Ut sic gutta rorꝫ añlucani.
nõ tñ iõ despicꝫ vel puipẽdis creaturã tuã.
sed foues ꝓtegis t ꝯseruas. et iõ omisereris
oim vniuersal r. in ps. Miserationes ei⁹ sup
oia opa ei⁹. Et q̄re sic misereris Certe ideo
qm oia potes. Nõ ex indigẽtia q̃si tu indi/
geas auxilio vel ꝯsilio creature. nõ ex infir/
mitate q̃si nõ possis creaturã delere. Sz iõ
qm oia pores natural r Nar. xiij. Pr oia
possibilia sunt tibi. t Ecci. ij. Scdm mag/
nitudinẽ illi⁹ sic t mia ipi⁹ cũ ipo ẽ Et hoc ẽ
qd dr infra. xij. c. Obb q dns es oim oib
ceris facis Et iõ tl es dñi t plati sũt di spe
cial r imitatores. q̃to fuerint potẽtiores
tato sunt clemẽtiores Sic Alexander ma
gnus deuictos ppl os plus clementia q̃z po
tentia sibi cõstrinxit. iij. Reg. xx. Reges isrl
clementes sunt Et q̃uis dne miserationes
tue sunt sup omia opa tua. tñ magis est ad
miranda circa omẽs peccatores quoz pec/
cata dissimulas vindicare Uñ subdit Dis/
simulas peccata hoim ppter pniam id est
sub dissimulatione non fictionis sed affecti
onis. peccata hominũ ppter penitentiã id ẽ
vt ipi peniteant interim dum sic eos clemẽ
ter expectas Roma.ij. Ignoras quoniã be/
nignitas dei ad penitentiã te adducit Glo
sa dicit hic potentia di bonitate plena op⁹
suum ppter peccata non despicit sed p pe/
nitentiam ablut et ipe fouet t nutrit Eze.
xviij. Si impius egerit penitentiã ab omni
bus peccatis que fecerit vita viuet t nõ mo
riet. omniũ iniquitatũ quas opatus est nõ
recordabor. Tercio pbat deũ diligere. q̃d
quid pduxit tempal r Hoc pbat sic. null⁹
facit nec pducit libere illud quod detestat
et odit. quia si homo odit aliquid vellet il/
lud nõ esse. et p ꝯsequens non dat sibi libe
re esse sed deus libere produxit t constituit
omia. ergo diligit que taliter ꝯstituit Et
hoc est qd dicit lra Diligis em oia que sũt.
supra ca. p. Creauit vt essent omia. t nihil
odisti eoz que fecisti inquantũ vicz est opus
tuũ. qz Ecci. xij. Altissimus odio habz pec
catores hoc est ad modũ odiẽtis se habz. qz
phibet peccata fieri. p peccatis punit pecca
tes nec ipa peccata ipe fecit inquantũ pecca
ta sunt Fit em actus qui est peccatũ t a deo
et ab homine. a deo vero fit iuste. t ideo nõ
habet q sit peccatum quia fit a deo Ab ho/
mine vero fit iniuste et ideo ab hoc habet q
sit peccatũ. et sine deo factum est peccatum
ſm Augu. quia licet hoc quod est peccatuz
sit a deo. non tamẽ habet a deo q sit peccatũ
Nihil ergo eorũ odisti que fecisti t quare.
Certe quia nihil possis odiendo constitue/
re vel facere Nam si quid odis vis non esse
q̃d autem constituis vis esse Et ideo dicit.
Nec em odiens aliquid cõstituisti de nihi/
lo aut fecisti ex preiacẽti materia pducẽdo
Dissimulas peccata hominũ ppter penitẽ/
tiã ¶ a Circa penitentiã est notan/
dũ q quattuor sunt penitẽtie incitamenta
quattuor penitentie impedimenta. q̃ttuor
penitẽtie documenta. quattuor penitentie
emolimenta ¶ Quattuor penitẽtie incita/
mẽta sũt ista Amor xpi quẽ offendi⁹ dolor
p gra quã amisim⁹ horror pene quã incur
rim⁹. t timor mortꝫ ad quã decurrim⁹ In
ter hec q̃ttuor ꝑmũ incitamẽtũ ad penitẽdũ

# Lectio

est amor xpi quē offendim⁹. Si xpi bñficia cogitemus, nostrā ingratitudinē pondere/mus, nō est dubiū si vsum ratōis habemus quin occasionē pnie sentiemus. Scribunt phi naturales q arpya auis est hūs faciem quasi homis · sed est auis multū crudelis et ferox intantū q interdū z fame stimulante hominē inuadit z occidit; Sitiēs ad aqz volat vt bibat vbi faciē suā intuens z sibi similē se occidisse recolligēs, tāto labore patit q inde qnqz morit. Quid ergo nos rōne vtentes faciemus. qñ dñm nostrū z fratrē nrm xpm quantū nri interfuit nos occidisse cognoscim⁹. Hoc aūt videm⁹ expresse cū verba dei audim⁹ vel scripta legim⁹ sanctoz deuote, et quicunqz non penitet ō peccatis ista recolligēs. nō est pfecte xpianus. nec euāgelio dei credit. Et ideo signāter dz Mar. p · Penitemini z credite euāgelio

¶ Secōm incitamentū ē dolor p gra quaz amisimus: Efficimur em̄ p culpā de filijs dei filij dyaboli. Et de familiaribz z amicis dei, hostes, pditores z emuli z de regni celestis heredibz sum⁹ exules z pscripti. In libro de naturis rez dicit q sit quedā auis que vocat auis paradisi que ppter insignez pulcritudinē sic vocat. Sūt em̄ pēne eius adeo pulcre z mirabiles q nullus eis colorem esse credat, vocē ita dulcis et pia q possit in hoie deuotōem z gaudiū excitare, hec auis si capta fuerit z illaqueata, irremediabiliter gemit z plangit nec plāgere desinit donec redd ita fuerit libertati; Moraliter auis ista ē figura z exemplū aie xpiane. hec qñ est in gra est auis pulcerrima qz in ea relucet ymago trinitatis naturalr sibi impssa ymago inquit decorata virtutibz et gra vt nihil sibi desit quin sit dei filia z patrie celestis incola gratiosa. Ista illaqueat z capit in laqueo demōis qñ peccat. Quid g restat ei facere nisi plāgere z plorare z flere z dolere z incessanter penitere donec p gram reconciliatōis in statū pristinū reducat: et de bufone dyaboli fiat denuo auis paradisi. Sic plāxit et gemuit sanct⁹ latro iuxta xpm suspensus donec a fonte gre gram obtinuit et auiuit. Amē dico tibi hodie mecū eris in paradiso. Lu. xxiij · Et iō Mat. iij · Pniam agite appropinqbit em̄ regnū celoz ¶ Tercīū incitamentū pnie est horror pene quā incurrimus. Istū horrorē bene sibi impresserat Job qñ dixit Dimitte me vt plangā paulū dolorē meū añqz vadā z nō reuertar ad terrā tenebrosam z optam mortis caligine terrā miserie z tenebraz, vbi vmbra mortis et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Et apl's ad Heb. x°. Horrendū ē incidere in manus dei omipotētis. Et Bregi. xx. moral'. Horrēda mō sit miseria mortis sine ne morte, finis sine fine, defectus sine defectu, qz mors semp viuit, et finis sp incipit et deficere defectus nescit. Mors perimit et nō extinguit, dolor cruciat sed pauorez nō fugit flama cōburit sed tenebras nō excutit. Hec Brego. Istud incitamentū pnie multos mouit qz sic a timore pene q est timor seruilis z initialis gignit timor filialis sicut cera precedit sigillum vel secta precedit filum sm Augustinum · Sic incepit Joh̄es baptista pdicare inter eis Progenies viperarū quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira. Facite fructū dignum penitentie Mathei. iij. ¶ Quartum incitamentum penitētie est timor mortis ad quā trahimus: Hec em̄ est ratio sm Brego: quare deus diem mortis nostre nobis incertam esse voluit, vt dum semp ignoraf semp paratī inueniamur xīmo ē credaf z iō sp parati inueniamur xij. moral'. Penitentia aūt post mortē impossibilis qz i morte desinit esse viator. Penitentia ppe mortem est valde difficil'. Tū quia dolor languoris corporis occupat totaliter vires mentis, et cum homo tantum cor vnicum habeat non habet pro tunc vbi dolorem pro culpa producat. Tum qz homo tunc non potest esse certus an doleat p peccato suo ductus timore an ductus amore. Unde Aug⁹. in quodam sermone ponitur in canone de pe. distin. vij · null⁹. Quē morbus vrget z pena terreat ad veram vitā veniet satisfactōem maxime cuz filij quos illicite dilexerit sint presentes vxor mund⁹ a se vocent. Multos enim solet serotina penitentia decipere. Hec Augusti. Quando enim persona nobilis grauiter infirmatur vix inuenitur aliquis qui de anime salute audeat sibi loq. executores solicitāt circa corpis mei uitias z thesauros, medici circa corpis mei dicias, vxor z filij z amici p solant infirmū etiā p sciam mentientes, z sic ñ pmittit de

petis suis cogitare. hec ante sue statū saluberiter ordinare. z sic iusto dei iudicio se dānationi exponit Ecci. ij. Si priam nō egerim⁹ incidemus in manus dei. z nō in manus hoim. In manus hoim incidim⁹ si sacramentū pnie debito mō suscipim⁹. Sed in manus dei incidim⁹ qñ post mortē tps sacramentoz transiim⁹. ¶ Scdo quartuoz sunt pnie impedimenta. pudor ppalādi. timor recidiuandi. ardor delectādi. z torpor pstolandi. Primo volēti efficaciter penitere obūcit pudor q̄ homo z fundit alteri hoī reuelare qđ notū est deo z angelis z demonibus z sanctis aīab⁹ z forte multis aīabus. Et iste pudor est primus armiger quē dyabolus mittit cōtra volentē salubriter penitere. Uñ quidā sanctus vidit dyabolū inscere in eccia cū se ad cōfessionē pararēt. quē aduratus a sancto z interrogatus quid in qđ abstuli. verecundiā eis abstuli qñ peccauerunt z mō eis restituo ne possint cōfiteri. Sicut em̄ lupus ouē per guttur accipit et non per pedē. z vulpes gallinā. ita dyabol⁹ guttur peccatoz cōstringit pudore. Uñ augustin⁹ sup ps. O homo qđ times cōfiteri illud qđ p cōfessionē scio. minus scio q̄z id qđ nescio. Cui confiteri erubescis petā tua peccatoz sum sicut et tu. Domo sum hūanū a me nihil alienū. Cōfitere homo homī. homo peccatoz homī peccatori. Elige qđ vis si confessus lates. nō cōfessus dānaberis. Ad hoc ds exigit cōfessionē vt liberet humilem ad hoc dānat nō cōfitentē vt puniat superbū. ¶ Scdm impedimentū est timoz recidiuādi. z iste est scdus armiger quē dyabol⁹ mittit statim cōtra penitere volentem. Quo inquit pponis tu de cetero a pctis abstinere. Poteris tu in ppetuū viuere cōtinenter. Ad quid pderit tibi hodie cōfiteri. z post cras labi in simile. Et non aduertit hō fatuus qđ statuit deus sacramētū pnie ad magnū vt quotiens recidiuamus totiens resurgamus. ¶ Terciū impedimentū pnie est ardoz delectandi. z est tercius armiger obuians penitenti. Recolligit em̄ homo miser delectatiōem prehabitā in peccato vt videat sibi q̄ sine eo nō posset pducere vitam suā. z mente tali affectione impossibile est eum vti liter penitere Chrisost. li. de cōpūctione cordis. Sicut impossibile est vt ignis inflamet in aqua ita impossibile est cōpunctionē cordis vigere in deliciis: Cōtraria em̄ hec sunt sibi adinuicē z pemptoria. Illa em̄ mater fletus. hec risus. illa coz cōstringit. hec dissoluit. ¶ Quartū z fortissimū impedimentū penitētie ē torpor pstolandi qui oritur ex duplici pīsumptione. scz ex presumptione vite. pīxe. z finalis venie diuine cōcedende: z est quartus armiger. z cōiter omēs impedit. cōfidūt de futuro. p mittūt in posterū. p crastinā in lōginquū. z dicūt cum cozuo cras cras donec morte subita periclitent.

Lectio. cxlv

QUomō autez qual quid p manere posset nisi tu voluisses. aut qō vocatum a te non esset cōseruatū. Parcis aūt omib⁹. q̄m tua sunt dñe qui amas aīas. ¶ Post q̄z ostē sum est q̄ ds oēm creaturā p sue bonitatis clemētiā creando p duxit a principio. In hac parte declarat Salomō q̄ idē de⁹ oēm creaturā cōseruat q̄diu sibi placet p sue volūtatis arbitriū. ☞ Et primo generaliter ascribit deo oim rez z seruatōem. Scdo xo spēaliter ascribit hūanā gubernatōez. scda ps ibi. Parcis aūt oibus. Circa primū dicē sic. Qūo autē aliquid p manere posset nisi tu voluisses. Non em̄ creatura ita parū dependet a deo sicut dom⁹ ab artifice. Perfecta autē domo nō plus dependet dom⁹ ab artifice. imo corrupto artifice nihilomin⁹ manet dom⁹. Uñ artifex non est causa rei cū iā ē in esse p fecto sed tm̄ est cā fieri ipsius rei. Uñ Aug⁹. xxij. de ciui. dei. c. xxiij. Ut ipsi⁹ dyaboli natura subsistat ille facit q̄ sūme est z facit esse quid q̄d aliquo mō ē. Efficacem quippe potentiam si reb⁹ subtrahat nec p gredi poterunt et suis diuersis motibus peragere tpa. nec prorsus in eo q̄ create sunt aliquatenus p manebunt. Itē de vera religione. ca. xxxiij. Deus p suam sapiētiā oīa fecit z p suā benignitatē oīa z seruat. Idem. p. z. ij. sup Gen. z. iij. de trinita. z in multis alijs locis. et hoc est quod subdit in littera. aut qūo quod a te vocatum nō esset conseruatū. q. d. nullo modo vocatū. i. verbum edictū de nō esse. in ps. Dixit et facta

# Lectio

